
Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

3,- 191.
(LN bis 150)
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

DE RECORDATIONE, CONSIDERATIONE, ET MEDITATIONE PERPETVA Quatuor Nouiſſimorum,

VT

PROPINQVÆ MORTIS, EXTREMI Iudicij, pœnarum infernalium & gaudiorum vitæ æternæ.

LIBELLVS ANTE ANNOS 150. CONSCRIPTVS ET ALIQVOTIES EDITVS, SED poſtrema eius editio prodijt Coloniæ, Anno D. 1506. abſq; nomine autoris: nunc autem correctus, emendatus, mutatus, auctus & in certum aliquem ordinem redactus,

Operâ

HERMANNI HAMELMANNI Licentiati, Eccleſiarum in Comitatu Altenburgenſi, Inſpectoris.

ADIECTA EST HISTORICA NARRATIO TRIBVS libris comprehenſa, de quorundam principum, multorum Comitum & plurimorum Dominorum, qui non amplius in Rerum natura exiſtunt, ſed cum ſuis titulis in Spongiam abierunt, interitu, vt inde cognoſcatur, quàm miſera ſit vita, etiam in potentibus huius ſeculi.

Autore & Collectore eodem:

AD

HENRICVM RANZOVIVM REGIS Daniæ producem Cimbricum:

Cuius auſpicijs ac ſumtibus vterq; Tractatus in lucem prodijt.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.

1592.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]



HENRICI facies ſtructuraq́; corporis
hæc eſt,
Cui genus ex atauis nobile RAN-
ZOVIIS.
Virtus ingenioſa viri & prudentia velox,
Ex oculis multa cum grauitate micat.

AM-

B.R.H.

BIBLIOTH. REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

AMPLISSIMO HEROI, NOBILISSIMO, ET PRÆSTANTISSIMO INTER NOBILES DOMINO, DOMINO HENRICO RANZOVIO Iohannis equitis aurati atq; ſuo tempore, Viri militaris & ſtrenui copiarum Ducis filio, trium Sereniſsimorum potentiſsimorumq; Daniæ Regum in Ducatibus SLESVVICI HOLSATIAE & Dithmarſiæ Gubernatori, vicario, conſiliario, & Satrapæ Segebergenſi, multorum Dominiorum poſſeſsori & hæredi legitimo, Nobilium lumini, literarum ac literatorum Mecœnati perpetuo, S. in Chriſto d. H. H. L. debita cum reuerentia.

ILluſtris & generoſe Heros, Domine colendiſsime, cum in hac mea canicie & ſenio percurrerem, vel obiter inſpicerem noſtros libellos in tenui mea Bibliotheca, caſu incidi in librum compactum & in ſe multos tractatus continentem, quo vſus fuerat olim Coloniæ ante annos octoginta tres meus optimus parens Eberhardus Hamelmannus, qui iam in Domino quieſc[illegible] [illegible]idem tunc hunc compingi curauerat. Ibi inter alios tractatus continebatur etiam & hoc ſcriptum, cuius titulus erat: Quatuor Nouiſsima, dictis patrũ & exemplis declarata. Hunc mox diligenter percurri, & perlectum tractatum conſideraui talem eſſe, qui meritò noſtro tempore recuderetur: ideo mox deſcripſi ex eo, quæ deſcribenda cenſui, & noſtro

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

tempo[illegible]commoda videbantur: Nonnulla ibidem ex[illegible]bant fabuloſa, quæ abieci, & quæ cenſui opti- ma eſſe re[illegible] [illegible] ſubtraxi, plurima ſuppoſui, mu[illegible] [illegible] ſententias adieci, varia S. ſcriptu- ræ dicta inſerui.

Autor fuit magno pietatis zelo prædictus, pieta- tem vehementer vrget, bona opera requirit, ſo- briam, caſtam, ſeueram vitam, rigidaq; exercitia poſtulat, ad orationes & deuotas meditationes le- ct[illegible] vrget, ſed de articulo iuſtificationis & de fiducia Saluatoris parum dicit: Semel adducit ex- emplum al[illegible] militis a Diabolo tentati, cui mi- les [illegible]det at, Chriſtus filius Dei me redemit & à te liberauit: Securitatem omnibus excutere co- natur, cunctos ad ſalutarem præparationem ad mortem inuitat, terret & minatur. Cenſeo auto- torem [illegible]s tractatus, bonum, & deuotum virum f[illegible] [illegible]nen pro more iſtius ſeculi aliquantulum ſup[illegible]oſum, & credo monachum fuiſſe, cuius tamen nomen neq; in titulo neq; in toto libro ex- preſſum alibi reperitur: Spero me illum, vt Chri- ſtianum, inter electos in d[illegible] e illo viſurum eſſe, quo- niam licet in vita fuerit rigidus, in orationibus fer- uens, in ſtudijs diligens, in ieiunijs aſper, zelo pi- us, & deuotus (quo tamen nomine ſalutem æter- nam nunquam impetrare potuit) habuit tamen ali-

quam

quam Saluatoris Chriſti cognitionem & fidem. Nam etſi in ſupetiori ſeculo multa extiterint ſuperſtitioſa, idolatrica, blaſphema & valde impia, tamen ſemper aliqui ſingulis extiterunt temporibus viri pij, ſancto zelo feruentes, qui in vero & certo Eccleſiæ Dei fundamento fixerunt pedes & extruxerunt firmum ædificium: Extitit olim & adhuc extat liber precationum, cuius titulus eſt, Hortulus animæ, certè plenus ſuperſtitionibus, ſuperſtitioſis opinionibus, impijs hominum mortuorum inuocationibus, tamen ibi habentur inter interrogationes morituris proponendas & hæc verba proponenda morientibus, Tu credis, & recogn Ieſum Chriſtum filium Dei pro te mortuum Et non aliter te poſſe ſaluari, niſi per meritum ſionis eius? &c. Reſpondeat moriens, cred credo hunc huius ſcripti autorem, per fidem ſti, etſi forſan ea fuerit languida, ſaluatum e

Alij ad te clariſsimum nobiliſsimum & ctiſsimum Dominum, Ranzoui ampliſsime & magnifice, varia ſua opuſcula mittunt & veſtræ Illuſtri amplitud. inſcribunt: Sic poetæ ſua carmina erudita, de quibus ut clarus quoque poeta rectè iudicas, dedicant, alij tibi ſua varia hiſtoric[illegible]iſerūt, quia perſpectum eſt V. Generoſ. Excell.[illegible] multis Nobilibus atque etiam multis præ[illegible] doctis viris,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

egregiè in hiſtorijs verſatam eſſe, ſemperq́ꝫ fuiſſe & adhuc eſſe antiquitatis ſtudioſiſsimam: Philoſophi ſua Philoſophica ad te Philoſophum inter Nobiles eximium ablegant: Multi Medici ſua opera tibi tanquam Medico peritiſsimo inſcribunt: alij Phyſicos ſuos libellos ad te Phyſicum exquiſitum ablegant: Mathematici & Aſtronomi tibi, ut Mathematico & Aſtronomo eruditiſſimo ſuas chartas & libros offerunt: Geometræ & Coſmographi ad te Coſmographum & Geometricum laudatiſsimum ſua opuſcula deſtinata volunt: Iureconſulti tibi vt conſultiſsimo Iureconſulto, qui Regium agis vicarium, & prudentiſsimè prouincias gubernas, varios ſuos libellos [illegible]erenter inſcribunt: Ex Theologis noſtris multi ſuos Theologicos libellos tibi etiam tanquam Theologo eximio, qui de magnis ſæpè controuerſijs in Religione rectè & grauiter iudicas, humiliter offerunt, & omnes docti, in quacunq́ꝫ profeſſione, in quacunq́ꝫ verſentur arte, quamcunq́ꝫ tractent facultatem V. Illuſtris amplitudinis liberalitatem, munificentiam, atq́ꝫ benignitatem quotidiè experiuntur & ſentiunt.

Sic tandem poſt omnes alios ego ſimplex & canus Senex ad te Nobiliſsimum Senem, venerenda canitie & clara autoritate eminentem, doctrina,

experi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

experientia & vſu rerum ſplendidum hunc noſtrum ablego libellum, vt is vtrumq; (te ut patronum, me ut collectorem) in hoc noſtro Senio admoneat iam iam imminentis mortis & futuri iudicij, atq; ad pias meditationes inuitet, & ad veram pœnitentiam cogat: Quem ſi veſtra Illuſtris Excell. clementi & pio ſuſcipiat animo, fecerit mihi gratiſsimum: Illum libellum V. ampliſsimæ Magnificentiæ iudicio ſubmitto, & limandum corrigendumq; humiliter offero: Ego V. Generoſæ dignitati meas defero preces, & opto eidem tranquillam in his terris vitam, & tandem poſt mortem gaudia cœleſtia ex animo. Chriſtus filius Dei concedat hoc nobis, ut ipſi viuamus & moriamur, Amen Amen.

V. Ampliſsimæ Excell.
obſeruantiſsimus

Hermannus Hamelmannus
Licentiatus.

Syrach.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Syrach in Eccleſiaſtico Cap. 7.

In omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis.

Salomon in Eccleſiaſt. Cap. 12.

Memento Creatoris tui in iuventute tua, antequam veniat tempus afflictionis tuæ.

QVATV-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

QVATVOR NOVISSIMA CHRISTIANO SEMPER conſideranda.

CVM NIHIL MAGIS REuocet peccatorem à via iniquitatis, quàm quatuor noviſſimorum cognitio & meditatio, illorumq́ue frequens conſideratio, meritò erit de iſtis noviſſimis ſæpè dicendum, ſæpè cogitandum, & ita etiam de his meditandum. Quando itaque beatus Bernhardus Doctor mellifluus dicit: In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua. Quæ quidem ſunt quatuor: Mors, Iudicium, Gehenna, & Gloria cœli. Quid horribilius Morte? Quid terribilius Iudicio? Quid intolerabilius Gehenna? Quid iucundius cœleſti gloria? Ergo de ſingulis his ſeparatim verba faciemus. Hæc autem quatuor noviſſima, ut placet prædicto Bernhardo, ſunt quatuor rotæ animæ vehentes eam ad æternam ſalutem. Iſta quatuor, ſunt incitamenta, ſpiritum hominis incitantia, ut ſpretis omnibus mundanis ad ſuum redeat creatorem: Ideo graviter Syrach ait cap. 28. Memento noviſſima &c. Vt igitur hoc à ſingulis ſalutariter fiat, primò de morte dicemus, ſecundò de iudicio, tertiò de pœnis infernalibus, quartò de gaudijs vitæ æternæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

De morte nobis propinqua conſideratio diligens.

Graviter dixit beatus Bernhardus in ſpeculo Monachorum: Summa Philoſophia eſt meditatio Mortis aßidua. Hanc quocunq; homo perrexerit ſecum portet, & in æternum non peccabit (intellige ut volens peccatum faciat ſtudio) & aptißimè dixit divus Auguſtinus: Nihil ſic revocat à peccatis, ſicuti frequens meditatio mortis: &c. Recordatio mortis humiliat hominem, in quacunq; vocatione poſitum, efficit ut hæc mundana contemnat, & veram pœnitentiam agat.

Quomodo meditatio & recordatio mortis Chriſtianos verè humiliet.

Rectè dixit Auguſtinus: Agnoſcat homo ſe mortalem & frangat elationem: Cætera noſtra bona & mala ſunt incerta, Sola mors eſt certa. Ipſius adventus eſt certißimus, ſed hora eius planè occulta & incerta: Ipſa tamen mors eſt certißima & veniens veniet & non tardabit. Sic quoq; Bernhardus ait: Miſer homo, quare te omni hora non diſponis ad mortem? Cogita iam te mortuum eſſe, quem ſcis de neceßitate moriturum. Diſtingue qualiter oculi tui vertentur in capite, venæ tuæ rumpentur, cor ſcindetur in dolore: Cogitet Chriſtianus memoriam ſuam perituram, intelle-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

intellectum & rationem interituram, viſum defe-ctururum, manus ſuas non amplius attrectaturas, os deinceps non locuturum, aurem non in poſterum audituram. Expaveſcamus ergo ad mortem, & ſe quilibet humiliet, cùm ſciat, ſe certiſsimè moriturum, & in terram reverſurum. In hoc caſu nulla eſt perſonarum acceptio, ſicut etiam ab initio non fuit, metam properamus ad unam, unde ſunt verſus:

Iure vocata fuit mors, quòd quaſi morſus amarus
Omnibus eſt, à quo nemo cavere poteſt.

Et alibi:

Mors reſecat, mors omne necat quod carne creatur,
Magnificos premit & modicos, cunctis dominatur,
Nobilium tenet imperium nullumq́; veretur:
Tàm Ducibus quàm Principibus communis habetur,
Mors iuvenes rapit atq; ſenes, nulli miſeretur,
Illa fremit, genus omne tremit, quod in orbe movetur
Illa ferit, caro tota perit, fit ſub pede mortis.
Nulli mors impia parcit: Et alibi.
Omnia mors tollit, doctum cecidiſſe Catonem
Atq; ipſum Socratem procubuiſſe ferunt:

Et Hippocrates & Galenus ut præſtantiſsimi Medici & omnes ipſorum diſcipuli, mortui ſunt & moriuntur ſæpè etiam in ipſa iuventute.

Rectè ergò dicit Salomon in ſuo Eccleſiaſte cap. 2, Moritur ſimiliter doctus & indoctus, & idcirco tæ-

duit me vitæ meæ videntem mala uniuerſa eſſe ſub ſole, & cuncta vanitatem & afflictionem ſpiritus. Idem ibidem cap. 3. inquit: Omnia tempus habent & ſuis ſpacijs tranſeunt univerſa ſub cœlo: tempus naſcendi & tempus moriendi &c. Et mox: Vnus eſt interitus hominis & iumentorum, & æqua utriuſq; conditio: ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur. Similiter ſpirant omnia & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta ſubiacent vanitati & omnia pergunt ad locum unum. De terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur. Item cap. 4. Laudari magis mortuos quàm viventes, & feliciorem utroq; iudicavi, qui nec dum natus eſt, nec vidit mala, quæ ſub cœlo fiunt: atq; cap. 6. Nonne ad unum properant omnia? Et mox. Quid habet amplius ſapiens à ſtulto, quid pauper, niſi ut pergat illuc ubi eſt vita? Atq; 7. cap. Quid neceſſe eſt homini maiora ſequi, cùm ignoret, quid conducat ſibi in vita ſua numero peregrinationis ſuæ, & tempore, quod velut umbra præterit? Melior eſt dies mortis die nativitatis. Melius eſt ire ad domum luctus quàm ad domum convivij: Et iterum: Hæc quoq; vidi in die vanitatis meæ. Iuſtus perit in iuſticia ſua & impius multo vivit tempore in malicia ſua: Et cap. 8. Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis: deinde cap. 9. dicit. Viventes ſciunt ſe morituros: mortui verò nihil noverunt amplius:

Et ite-

Et iterum. Neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, & aves laqueo comprehenduntur: ſic capiuntur homines in tempore malo, &c. Hactenus multa protulimus ex Eccleſiaſte Salomonis, quæ huc ſpectant, & commodè accommodari poſſunt: Omnes equidem morimur, tàm ſapiens quàm ſtultus, tàm doctus quàm indoctus: Vbi Salomon ſapientiſsimus? ubi Dauid pijſsimus, per quem Spiritus Dei locutus eſt? ubi Samuel ille iuſtiſsimus? ubi longiſsimus Saul Rex? ubi robuſtiſsimus Simſon? ubi atrociſsimus Goliath? ubi Aiax? ubi Achilles? ubi Hector? ubi Alexander Rex potentiſsimus? ubi Pompeius Magnus? ubi celebres Scipiones? ubi Iulius Cæſar fortunatus? ubi feliciſsimus Auguſtus? ubi terribilis Senacharib? ubi ampliſsimus Nebugadneſar? ubi glorioſi Monarchæ Darius, Aſſuerus & Cyrus? ubi Reges Ægyptiorum Pharaones? ubi peritiſsimus Ariſtoteles? ubi ſubtilis Plato? æquiſsimus Socrates? ubi eloquentiſsimus Demoſthenes? ubi facundiſsimus Cicero? ubi apud Græcos Poëtorum optimus Homerus, & apud Latinos doctiſsimus Virgilius? ubi ditiſsimus Cræſo? ubi Abſolon pulcerrimus? ubi Helena formoſa? ubi pudica Heſter? ubi eſt literatus (ait Eſaias cap. 38.) ubi eſt legis verba ponderans? ubi eſt doctor paruulorum? Quid dicam de infinitis alijs? Vnus ex eis non remanſit, quia in vanitate defecerunt, & anni eorum cum feſtinatione præterierunt: Hinc ſunt Rithmici verſus:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Eſt commune mori, mors nulli parcit honori,
Mors fera, mors nequã, mors nulli parcit, & æquam
Mors ſervat legem, tollit cum paupere Regem.

Iob ait cap. 20. Laus impiorum brevis erit, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Si aſcenderit uſque ad cœlum ſuperbia eius, & caput eius tetigerit nubes, quaſi ſterquiliniũ in fine perditur & qui eum viderant, dicent, ubi eſt? Veluti ſomnium avolans non inuenietur, tranſeat ſicut viſio nocturna &c. Huc alludit & Pſaltes Pſal. 37. Malignantes q. fœnum ſuccenduntur & quemadmod. olera herbarũ flacceſcent: item adhuc puſillum & non erit impius, & quæres locũ eius, & non erit: Meditatur impius contra iuſtum, & ſtridet ſuper eum dentibus ſuis. Dominus autem irridebit eum, quoniam proſpicit, quòd veniat dies eius. Brachia impiorum conterentur. Impij peribunt & inimici Domini ſi ſint ſicuti amœnitas camporum, deficientes quemadmodum fumus, deficient. Et iterum: Vidi impium præfractum & dilatatum ſicut laurum viridem, & tranſivi & non erat, quæſivi eum, & non eſt inventus.

Legitur etiam in cap. 3 Baruch ſic: Vbi ſunt Principes gentium, & qui dominantur, ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram? qui in avibus cœli ludunt, qui argentum theſaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum, qui argentum fabricant & ſolliciti ſunt, nec eſt inventio operum

rum eorum: Exterminati ſunt & ad inferos deſcenderunt, & alij loco eorum exſurrexerunt. Vbi (inquit Proſper in ſententijs) ſunt inſuperabiles Oratores? ubi equorum ſplendidi enutritores? ubi exercituum duces? ubi Satrapæ & Tyranni? nonne omnes pulvis & favillæ, nonne in paucis verſibus eſt eorum memoria vitæ: Reſpice ſepulchra, & vide quis ſervus & quis dominus? quis pauper & quis dives? Diſcerne ſi potes, victum à victore, vaſallum à Rege, fortem à debili, & pulcrum à deformi: idem dicamus & de ſingulis Magiſtratibus, dic quæ ſit inter Principem & ſubiectum in morte differentia? quod ſit diſcrimen inter ſubditum & Magiſtratum? inter conſulem & civem? inter nobilem & ruſticum? inter ſacerdotem & laicum.

Grauiter ergo dixit Chryſoſtomus: Quid profuit illis, qui in luxuria corporis & in præſentis vitæ voluptatibus uſq; ad ultimum diem permanſerunt, intueare nunc ſepulchra eorum, vide, ſi eſt ibi aliquod iactantiæ veſtigium, ſi aliqua iactantiæ divitiarum ſigna ibi cognoveris? require ubi nunc veſtes & ornamenta peregrina? ubi nunc & ſpectaculorum voluptas? ubi ſequentium famulorum turbæ? ubi iam ſunt opulentia, riſus, iocus? ubi immoderata ipſorum lætitia, à qua potens ille abſceßit? Quò ea omnia abierunt? accede propius ad ſepulchra eorum, vides cineres ſolùm, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

fæditates, vermium reliquias, ideo recordare hunc corporum humanorum eſſe finem, etiamſi in opulentia, in divitijs, in delicijs & in lætitia, aut rurſum in labore, ſudore, in ieiunio & continentia tranſegerit hîc vitam. Hic eſt finis omnium. Audi etiam quid mellifluus noſter Bernhardus dicat in ſuis meditationibus, Dic mihi, ubi ſunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiſcum erant? nihil ex ijs remanſit niſi cineres & vermes: attende diligenter quid fuerint? Homines fuerunt ſicut & tu: Comederunt, biberunt, riſerunt, duxerunt in bono dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcenderunt. Hîc caro eorum vermibus, & illic anima eorum ignibus deputatur, donec rurſus infelici collegio colligati, ſempiternis involvantur incendijs, qui ſocij & in vitijs & in peccatis fuerunt. Quid profuit illis inanis gloria, brevis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, falſæ divitiæ, magna familia & mala concupiſcentia? ubi riſus, ubi iocus, ubi iactantia, ubi arrogantia? De tanta lætitia, ah quanta triſticia, poſt tantam voluptatem, tam gravis miſeria? De illa exaltatione ceciderunt in magnam ruinam: & ex magna potentia lapſi ſunt in maiora tormenta. Quicquid illis accidit, tibi accidere poteſt, quia homo es, homo de humo, limus de limo, de terra es, de terra vivis, & in terram reverteris: Idem Bernhardus: O miſerabiles miſeri, quos ipſæ miſeriæ huius vitæ & viæ ſeducunt, dum in bonis ſuos dies

ducunt,

ducunt, & in puncto ad infernum deſcendunt: nam ut dicitur in Pſal. Veniet mors ſuper illos, & deſcendent ad infernum viventes: Certè nunc quilibet eorum meritò poſſet dicere: Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni invenerunt me, hi ſunt miſerabiles miſeri, quos præſens vita hîc ſeducit: Hos miſeros graphicè deſcribit Iob cap. 21. Impij ſublevati ſunt confortatiq; in divitijs, ſemen eorum coram ipſis permanet: propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum. Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos: Bos eorum concepit & non abortivit, vacca peperit, & non eſt privata fœto ſuo: Egrediuntur quaſi reges parvuli eorum, & infantes eorũ exultant luſibus, tenent tympanum & cytharam, & gaudent ad ſonitum organi: Ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcendunt: Et mox, Erunt paleæ ante faciem venti & ſicut favilla, quam turbo diſpergit: Et iterum: Iſte moritur robuſtus & ſanus, dives & felix, & viſcera eius plena ſunt adipe, & medullis, oſſa illius irrigantur: Alius verò moritur in amaritudine animæ ſuæ abſq; ullis opibus & tamen ſimul in pulvere dormient, & vermes operient eos, &c. Moriuntur igitur tam pij (ut Patriarchæ, Prophetæ, Sacerdotes & Reges pij, in veteri Teſtamento, & Apoſtoli, ac ſeptuaginta, Confeſſores, Martyres, Cæſares & Principes pij cum Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis in novo

Teſtamento) quàm impij, (ut Cain, Saul, Nabal, Doeg, Abitophel, Iudas Iſchariorh, Nicolaus, Nero, Domitianus, Decius, Diocletianus, Maxentius, Iulianus, item alij tyranni, Licinius, Eugenius, Phocas & plures) & nemo ex his coram hoc mundo præ alijs videtur magis privilegiatus eſſe. Rectè ergo in libro ſapientiæ dicitur cap. 7. Vnus eſt omnibus introitus ad vitam, & ſimilis exitus. Qui igitur ſapiunt videant ne ſibi aliquid præſumant, ne inſoleſcant, ne ſuperbiant, etſi in aliqua eminentia conſtituti ſint: Graviter enim dicit Syrach in Eccleſiaſtico cap. 10. Rex hodie eſt, & cras morietur, & mox pergit de ſuperbis loqui: Cùm morietur homo hæreditabit ſerpentes beſtias & vermes: Initium ſuperbiæ fecit hominem apoſtatare à Deo; quoniam ab eo, qui fecit eum, receſsit cor eius, quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia. Item, Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus & ſedere fecit mites pro eis: Radices gentium ſuperbarum arefecit Deus, & plantavit humiles ex ipſis gentibus: Memoriam ſuperborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium ſenſu. Item: Nolite extollere in opere tuo, fili in manſuetudine ſerva animam tuam. Huius ſententiæ ſenſum ut exemplis declaremus, utile fuerit: Legimus in libris Macchabæorum de Matthia, quomodo confortaverit filios ad belligerandum contra ſuperbos Reges, Duces & Gentes opprimentes populum Dei, & ſic eos lib. 1. cap. 2. deſcribit,

bit, A

bit, A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius ſtercus & vermis eſt: Hodie extollitur & cras non invenietur, quia conuerſus eſt in terram ſuam, & cogitatio eius periit: ita feliciter pugnavit Iudas filius eius contra Apollonium & Seron Principes ſuperbos cap. 3. Item quomodo Lyſias à Rege Antiocho conſtitutus & eius electi duces, Potlemæus, Nicanar & Gorgias viri potentes prodirent, ſunt illi omnes cum magno exercitu à Iuda proſtrati, vide cap. 4. & 5. quomodo à Simone fratre Iudæ & ipſo Iuda multæ gentes oppreſſæ ſint, inter alios & Dux ſuperbus Timotheus cum ſuis eſt prælio ſuperatus, ſicut & alij. Mox cùm hæc ampliſſimo Regi Antiocho nunciarentur (ut habetur cap. 6.) ibidem incidit in mœrorem animi, adeò ut ſe moriturum perſentiſceret, quia pereo, ait, in triſticia magna in terra aliena, & ſic mortuus eſt: Videatur cap. 7. quomodo Nicanor ſit fugatus, qui alioqui ſuperbè locutus erat cum ſacerdotibus ſe coram ipſo humiliantibus, tamen cum iſti orarent & Iudas pugnaret contra ipſum, ibi ſtatim ipſe in pugna cecidit: Huc quoque repetantur de Iehu exſtirpante Achabis impij Regis uxorem Ieſabel & eius totam poſteritatem, videatur 4. Regum 9. 10. quomodo 70. filij Achabi ſint occiſi, &c. Et talia exempla multa in totis reperimus Biblijs, cum quibus eò res deductæ ſunt, ut meritò clamarent cum Iobo cap. 19. Spoliavit me gloria mea & abſtulit coronam de

capite meo: hoc fit per mortem, aut per captivitatem, ſicut accidit multis: Piè autem locutus eſt Iſidorus: Penſare debemus dilectiſsimi, quàm brevis eſt mundi felicitas, quàm modica huius ſeculi gloria, quàm caduca & fragilis eſt temporalis potentia. Dicat qui poterit, ubi ſunt Reges? ubi ſunt Principes? ubi Imperatores? ubi rerum locupletes, ubi Potentes ſeculi? vel divites huius mundi? Quaſi umbra tranſierunt, & veluti ſomnium evanuerunt. Quæruntur & non ſunt. Quid dicimus ad hæc? Reges obierunt & Principes mortui ſunt: Multi exiſtimant ſe diu vivere poſſe, quaſi nunquam ex hac vita cadant per mortem. Certè non ſic impij, non ſic. Vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut unus de Principib. cadetis, &c. Prædicantur in ſacris literis anni multi Mathuſalem, fides & ſpes Abrahæ, pietas & fidelitas Ioſephi, claritas & manſuetudo Moyſis, Ioſuæ dexteritas & felicitas, fortitudo & animoſitas Samſonis, zelus & fervor Phinees, Davidis fiducia & lenitas, Salomonis ſapientia, gloria & divitiæ, Heliſæi miracula, Abſolonis pulchritudo, Ahitophelis conſilia, & ſi quæ ſunt virtutes, quæ magnis veteris Teſtamenti viris tribuuntur, quid tandem aliud de his tam præſtantibus viris ſcribitur & prædicatur, quàm hæc una concluſio: Et mortuus eſt, Ideò in Rithmicis verſibus rectè dicitur.

Forma

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Forma, genus, mores, ſapientia, res & honores
Non retinent hominem, qui ruit in cinerem.

Ah dies noſtri tanquam umbra declinaverunt, & ego ſicut fœnum arui: Pulvis & cinis ſumus: Ideo ſe meritò cinere aſperſerunt in veteri Teſtamento: Eſaias cap. 40. vocat totam hominis maſſam fœnum, & gloriam eius florem agri: de quo etiam dicitur in Pſal. 103. Homo ſicut fœnum, dies eius ſicut flos agri efflorebit.

Quid igitur cinis, quid pulvis ſuperbit? attendamus principium vitæ, conſideramus medium vitæ & tandem finem eius, & inde occaſionem ſumamus meritò iuſtam, nos verè coram Deo humiliandi, & omnem ſuperbiam, qua nos præ alijs hominibus extollimus, & his nos meliores exiſtimamus, abijciendi. Dixit maximus Apoſtolus: Si quis putat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ſeipſum decipit, nam quilibet cenſebit, alium ſe eſſe meliorem, intellige coram Deo: Cogitemus ſemper divinum illud dictum, Geneſ. 3. Revertêris in terram, de qua ſumtus es, quia pulvis es, & in pulverem revertêris. Iob ait cap. 17. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt torquentes cor meum: Putredini dixi, pater meus es, mater mea & ſoror mea vermibus, &c. Quò etiam inclinat Eccleſiaſtes Salomonis dicens cap. 12. quòd revertatur pulvis in terram ſuam, unde erat, hoc eſt, homo conditur humo, à quo dicitur. Huc etiam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

iam alludit Syrach cap. 17 dicens: Omnes homines eſſe terram & cinerem, ideò quoq; ſuadet, ne demoremur in errore impiorum, ſed ut ante mortem confiteamur peccata: Confitebimur, ait, viventes, vivus & ſanus confiteberis & laudabis Deum & gloriaberis in miſerationibus eius. Quoniam magna miſericordia Domini, & propitiatio ipſius convertentibus ad ſe, &c. Nonne qui alijs imperant non minus in terram conduntur, quàm eorum ſubditi? Sic omnes ſubitò perimus, ne ergo ſuperbiamus, ſed quiſq; in quacunq; functione ſit, ſe humiliet, humilibus dat gratiam Dominus. Cogitemus quotidiè & ſingulis momentis, nos homines eſſe & nihil humani à nobis alienum, & mox in cinerem redigendos: Cogitemus quàm fœtidum cadaver ſit homo mortuus, unde rectè ait Bernhardus: Quid fœtidius humano cadavere? quid horribilius mortuo homine? cuius erat in vita gratiſsimus amplexus, fit in morte horribilis aſpectus. Quid ergo proſunt divitiæ? quid deliciæ? quid honores? Divitiæ non liberant à morte, nec deliciæ à vermibus, nec honores à fætore: Rectè dixit Iob cap. 13 quòd ſit homo quaſi putredo conſumendus à vermibus & quaſi veſtimentum, quod comeditur à tinea. Ideo humiliemur & verè convertamur in devota humiliante ad Dominum Deum noſtrum, qui miſericors eſt, & ſæpè etiam humilitatem & fidem temporalem reſpicit: Cùm Helias pœnam Achab re-

gi aliâs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

gi aliâs impio, propter tyrannidem in Naboth occiſum, commiſſam, atrociter denũciaſſet, auditis his ſermonibus Prophetæ ſcidit Achab veſtimenta ſua, & operuit colitio carnem ſuam, ieiunavitq́ & dormivit in ſacro, & ambulavit demiſſo capite: unde patebat eius humilitas & pœnitentia: quid autem factum eſt? Dixit Dominus ad Heliam: Vidiſti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus eſt coram me, mei cauſa, non inducam malum in diebus eius &c. 3. Regum 21. Deinde vide etiam, quomodo Chriſtus vanidam fidem 9. leproſorum reſpiceret, quia ſe coram illo humiliarunt. Expendamus ſemper, quòd, iuxta dictum Davidis, iam iam morituri, ingrediamur viam univerſæ terræ, ut ſalutariter nos per pœnitentiam præparemus ad piam mortem, & humiliemur ſub potenti manu Dei. Beatus pater Idiota ſcribens de morte ait: Aßidua memoria mortis prodeſt ad hominis humiliationem. Vnde antiqui volentes ſe humiliare, ponebant ſuper capita ſua cineres in memoriam mortis & quòd in cinerem redigerentur ad fugienda peccata.

Quomodo meditatio mortis propinquæ efficiat homini contemtum mundi & eius bonorum?

Hieronymi dictum eſt: Facilè contemnit omnia, qui ſe ſemper cogitat moriturum: Qui laborat vana

huius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

huius mundi concupiſcentia, ſi cogitat ſæpè, ſe brevi moriturum, ergo etiam cogitabit, ſe omnia, quæ in hoc mundo ſunt, relicturum eſſe, quid igitur amplius, etſi ſit pulchrum, etſi ſit precioſum, etſi ſit ſublime, quod ex hoc mundo concupiſcet? quia mox corpus eius cibus erit vermium. Qui ſecum ſæpiùs meditatur ſe eſſe citò moriturum & mortem tanquam umbram ipſum ſequi, facilè ſeipſum deijciet, nec quicquam alti ſapiet, ut ſe alijs anteferat, licet ſit in æminentia poſitus. Conſiderabit enim apud ſe, Tu qui iam imperas alijs & eis præponeris, en mox ſubtus & ſub eis in terram (infirmum elementum) ponêris, ut ſic eis quaſi ſcabellum pedum eorum ſis, quid igitur te extolleres & ſuperbires? Celebre Hieronymi dictum eſt: Memento mortis tuæ & non peccabis, qui quotidie recordatur ſe moriturum, contemnit præſentia, & feſtinat ad futura. Idiota pater ait: Memoria mortis quotidiana prodeſt ad deprimenda carnalia deſideria. Huc applicatur meritò vox Patriarcharum, quando legitur, quòd hic vel ille ſatur, vel plenus dierum, id eſt, quòd pertæſi huius vitæ collecti ſunt ad populum ſuum Geneſis 35. & 35. Quid enim homini prodeſſet, ſi totum mundum lucraretur, atq; interim animæ ſuæ iacturam faceret, ſicut ait Chriſtus? Omnis mundi totius gloria, divitiæ cunctæ, ſplendor eximius, honor excellens & ſingula mundi precioſa, non comitantur morientem, ut eum eruant, aut ex morte, aut ex inferno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ferno: Rectè ergo dixit Eſau ad fratrem Iacob, quando venderet ei primogenita: En ego morior, quid ergo proderunt mihi primogenita Geneſ. 25. Sic & nos ſentiamus, nobis mox moriendum eſſe, quid igitur proderunt nobis bona & honores mundi in morte? Quæ hîc poſsidemus, mox morituri relinquemus omnia iſta, & ignoramus ſæpè, quis ſit poſſeſſor ipſorum futurus: Noſtri filij & filiæ vel peſte vel alio morbo ſubitò hinc eripi poſſunt, aut ab hoſtibus, Turcis, Ruſsis, Moſcis & alijs in alias remotas regiones ad ſervitutem transferri, deinde poſſunt ſequi direptiones bonorum & diſtractiones fratrum ac ſororum, aut totius familiæ tuæ: Et eò omnia tendunt, ut tam Tyrannorum furor, quàm familia & ſemen impiorum pereant: Quem igitur cenſebis tuorum bonorum hæredem? Ideo graviter dicitur in Pſal. 38. Ecce menſuram palmi poſuiſti dies meos, & tempora mea ſicut nihilum coram te, quàm nihil niſi vanitas omnis homo, Sela. Certè ſicut umbra incedit vir, & certè oñes vanè ſolliciti ſunt: Colligit & ignorat quibus ſit ea congregaturus. Huc alludit ſimilitudo Chriſti, quam adducit de divite Lucæ 12. qui cùm haberet uberes agrorum ſuorum fructus, dixit: quid faciam, quòd non habeam quò congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam, deſtruam horrea mea & maiora extruam, & illuc congregabo omnia, quæ nata ſunt mihi & bona mea. Et dicam animæ meæ: Anima habes multa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

bona repoſita in annos multos, requieſce, ede, bibe, gaude. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte repetent abs te animam tuam: Quæ verò paraſti cui cedent? Sic qui recondit ſibi, nec eſt erga Deum dives. Talis erat invidus Nabal, qui ſibi vivebat, nec alijs quicquam optabat vel donare cupijt, imò nihil voluit Davidi defenſori ſuorum conferre, ille mox perit, & alij cedunt bona eius 1 Regum 25. Similis huic fuit alter dives Lucæ 16. qui nunquam cogitabat de morte, ſed ſemper vivebat, epulabaturq́ ſplendidè & induebatur quotidie abyſſo, ſibi vivens & alios miſeros negligens, ecce is ſubitò à morte opprimitur atq́ in inferno locus eius invenitur: Ideo in Eccleſiaſte Salomon rectè ait cap. 2. Dixi in corde meo, vadam & affluam delitijs & fruar bonis, & vidi quòd hoc quoq́ eſſet vanitas. Mox dicit: Ædificavi mihi domos, & plantavi mihi vineas, feci hortos & pomaria, & conſevi ea, cuncti generis arboribus, & conſtruxi mihi piſcinas aquarum, ut irrigarem ſylvam lignorum germinantium. Legatur deinceps totum caput ſecundum, ubi tandem ſic concludit: Non prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaretur in his, quæ præparaveram. Et hanc ratus ſum partem meam, ſi uterer labore meo. Cumq́ me convertiſſem ad omnia opera, quæ fecerant manus meæ & ad labores, in quibus fruſtra ſudaveram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi,

& nihil

& nihil manere ſub Sole &c. Rectè ergo Iohannes ait, quòd mundus pereat & concupiſcentia eius. Benè dixit Iſidorus: Si vis eſſe quietus, nihil ſeculi appetas, ſemper requiem mentis habebis, ſi curas ſeculi à te proieceris: abijce à te quicquid bonum propoſitum poterit impedire: Eſto mortuus mundo & mundus tibi. Mundi gloriam quaſi mortuus non aſpicias ab affectu huius vitæ quaſi iam mortuus te ſepara. Sicut ſepultus non habeas curam de ſeculo. Tanquam defunctus ab omni te purga negotio, vivens contemne, quod poſt mortem habere non poteris: Bernhardus quoq; pulchrè ſcribit: Quid theſaurizat quis in terra, cùm ſine dilatione tranſeat, & illud quod colligitur, & ille qui colligit? Tu ergo homo, quem fructum expectas in mundo, cuius fructus eſt ruina, & finis mors. Utinam hæc intelligeres & novißima provideres? Concludimus ergo dicto Senecæ: Nihil æquè tibi proficiet ad temperantiam & omnium rerum temporalium contemtum, ſicut brevis ævi & huius temporis incerti meditatio.

Quomodo diligens meditatio mortis concitet & urgeat ad veram pœnitentiam agendam Chriſtianos?

Si mortis memoria & comminatio ſeriò hominibus proponatur, facilè flectentur ad veram pœnitentiam, quod exemplo Ninivitarum Ionæ 3. probari poteſt: Nam ad concionem eius concionantem eis

mortem, niſi pœnitentiam agerent, cohorreſcunt, & ſeriam pœnitentiam agunt. Item cùm Iohannes Baptiſta vocaret omnes ad pœnitentiam, ait Lucæ 3. Securis ad radicem arboris poſita eſt, ut ſuccidatur, id eſt, ut intereat homo ſecutus, niſi pœnitentiam agat: ideo etiam Chriſtus argumentatur, ex morte Galilæorum à Pilato occiſorum Lucæ 13. Putatis (dicens) quòd hi Galilæi præ cunctis Galilæis peccaverint, quia talia paßi ſunt? Nam dico vobis, imò niſi reſipueritis, omnes ſimiliter peribitis: aut illi decem & octo, ſuper quos cecidit turris in Siloam, & occidit eos, putatis, quòd debitores fuerint, ultra cunctos homines habitantes Hieroſolymis? Non dico vobis, imò ſi non reſipueritis, omnes ſimiliter peribitis. Sic Chriſtus comminatione mortis (ſine dubio æternæ) ad pœnitentiam hortatur paralyticum decumbentem per annos 38 quem ſanavit ad piſcinam probaticam, Iohan. 5. aiens: Ecce ſanus factus es, ne poſthac pecces, ne quid deterius tibi contingat, &c. Hoc expendant cuncti peccatores morbis diverſis admoniti. Ideo textum Lucæ 3. explicans Ambroſius piè dicit: Væ mihi, ſi peccata mea non deflevero, væ mihi, ſi media nocte non ſurrexero ad confitendum tibi Domine? væ mihi, ſi dolum proximo fecero, væ mihi, ſi veritatem non dixero: Ad radicem arboris ſecuris eſt poſita, faciat qui poteſt fructus gratiæ, qui debet eſſe pænitentiæ. Adeſt Dominus, qui requirit fructum vitæ. Iob etiam conſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

conſiderans brevitatem præſentis vitæ, pœnitere elegit hîc potius, quàm poſtmodum inutiliter ſine fructu in frugiferam pœnitentiam agere, Dicit enim cap. 10. Paucitas dierum meorum finietur brevi: dimitte me ergo ut paululum plangam dolorem meum, antequam vadam & non revertar ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine. Verè tempus hoc breve eſt, imo brevißimum, ſicut Iob ait cap. 14 hominem brevi vivere tempore, atq; Paulus inquit aliquoties, tempus breve eſſe, ideo præſtaret in hoc brevi tempore, modò leniter ſuſtinere modicum afflictionis ad exercendam veram pœnitentiam, quàm poſtea in inferno perpetuò dolere & per infinita ſecula inutiliter & fruſtra cum horrore pœnitere. Auguſtinus ait: Melior eſt modica amaritudo in faucibus quàm tormentum æternum in viſceribus. Et alibi ait de brevitate vitæ huius: Vita tota hominis brevis eſt ab infantia uſq; ad decrepitam ſenectutem. Adam enim ſi adhuc viveret & hodie moreretur, quid ei longitudo vitæ profuiſſet? certè modicum, vel nihil Et rurſum inquit ille Pater: Si toto illo tempore viveres, ex quo Adam emiſſus eſt de Paradiſo uſq; ad hodiernum diem, certè videres vitam tuam non fuiſſe diuturnam, quæ ſic avolaſſet: Vita hominis quid eſt aliud quàm aurora matutina? Idem Pater ſcribit alibi: Nos fragiliores ſumus, quàm ſi vitrei eſſemus: vitrum etſi fragile eſt, tamen benè ſervatum & cuſto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ditum diu durat: vita autem humana quantumcunq; ſervetur, durare non poteſt, quia ſcriptum eſt: Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori, &c. Ideo ſcimus nobis moriendum eſſe. Cogitemus ergo omnes quàm miſerè & in quanto horrore mortui ſint in diluvio & quanta anxietate mortui ſint in Sodomis, nempe morte ſecunda, quia in peccatis ſuis mortui in æternum perierunt Geneſ. 6. & 19. item quanto terrore Dathan, Abyron, Core vivi in infernum ſciſſa terra deſcenderint. Num 15. Ideo ait rectè Syracides cap. 44. Verè mors peccatorum peßima. Pſal. 89. dicitur. Quis eſt homo qui vivit & non videbit mortem? David ait 2. Paralyp. 29. Dies noſtri, quaſi umbra ſupra terram, & nulla eſt mora. Ergo cogitemus, ut piè in Chriſto moriamur. Hieronymus ad Heliodorum ſcribit de monarchia Xerxis: Xerxes ille potentißimus Rex, qui ſubvertit montes, mariaq; conſtravit, cùm de ſublimi loco cerneret infinitam multitudinem ſui exercitus, dicitur eò fleviſſe, quòd nullus eorum, quos in illo exercitu cernebat poſt centum annos, ſuperviveret, &c. Meritò ille flevit: & recurramus in ſacra Biblia, aut dicat mihi quiſpiam, quot ex tam multis millibus qui tranſierunt per mare rubrum ex Ægypto & vixerunt ſub annis 40. in deſerto, intraverunt in terram Chanaan? Et hîc mihi aliquis ſiſtat ſe & expendat, quàm multa millia in deſerto obierint diem ſuum, cùm tantùm duo ingreßi

ſint

ſint illam promiſſam Regionem? Auguſtinus alibi tractans illud Iacobi Apoſtoli, quòd vita noſtra vapor ſit: Sicut, ait, vapor ad modicum apparens deinceps terminatur, vita hæc eſt dubia, vita cæca & ærumnoſa, quam humores tumidant, dolores deſiccant, aër morbitat, eſcæ inflant, ieiunia macerant, ioci ſolvunt, triſticiæ conſumunt, ſollicitudo coarctat, ſecuritas hebetat, divitiæ iactant, paupertas eijcit, iuventus extollit, ſenectus incurvat, infirmitas frangit, mæror deprimit & poſt hæc omnia mors interimit, & univerſis gaudijs finem imponit, ita ut cùm deſierit, nec fuiſſe putetur: Itaq; probè conſiderandi ſunt ſermones impiorum Sapient. 2. Dixerunt impij cogitantes apud ſe non rectè: Exiguum & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis: Ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanquam non fuerimus, quoniam fumus afflatus eſt in naribus noſtris & ſermo ſcintillæ ad commovendum cor noſtrum: Quia ut extinctus cinis erit corpus noſtrum, & ſpiritus diffundetur tanquam mollis aër, Et tranſilit vita noſtra tanquam veſtigium nubis & ſicut nebula diſſolvetur, umbræ tranſitus eſt tempus noſtrum: Item Iob 7. Vita hominis militia ſuper terram, & ſicut dies mercenarij dies eius: Induta eſt caro mea putredine & ſordibus pulveris, cutis mea aruit & contracta eſt. Dies mei velocius tranſierunt, quàm à texente tela ſucciditur, & conſumti ſunt abſq; ulla ſpe. Memento,

mento, quia ventus eſt vita mea. Sicut conſumitur nubes & pertranſit, ſic qui deſcendit ad inferos, non aſcendet nec revertetur ultrà in domum ſuam, neq; cognoſcet eum amplius locus eius. Parce mihi, nihil enim ſunt dies mei. cap. 9. Tædet me vitæ meæ. Dies mei velociores fuerunt curſore, fugerunt & non viderunt bonum: Pertranſierunt quaſi naves poma portantes, ſicut Aquila volans ad eſcam: & in fine cap. 16. ait: Ecce breves anni tranſeunt, & ſemitam, per quam non revertar, ambulo. Applicetur huc Pſal. 90. Deficimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus: Omnes dies noſtri declinant præ ira tua, conſumimus annos noſtros ſicut fabulam: dies annorum noſtrorum ſeptuaginta anni, aut ad ſummum octoginta anni, è quibus, quod optimum eſt, eſt moleſtia & labor, tranſitus enim celer eſt & avolamus: Mille anni coram Deo ſunt tanquam dies heſterna, quæ præteriit, & tranſit velut umbra &c. Non ſolùm ponderanda eſt præſentis vitæ brevitas, ſed etiam ſumma eius incertitudo: Neſcimus enim neq; diem neq; horam. Cùm dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperveniet interitus: imò ſicut fur venit in nocte, quando minus cogitat herus, ſic cenſeat quilibet illum furem modò & hoc die aut nocte clam adventurum: Cenſeamus etiam & nobis & omnibus Chriſtianis dici & dictum eſſe quod Eſaias cap. 37. ad Hiskiam Regem inquit: Diſpone domui tuæ, quia morieris

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

rieris tu & non vives, &c. Dum incipimus vivere, incipimus etiam morti appropinquare. Huc alludit dictum Senecæ: Quotidie morimur, nam quotidie demitur aliqua pars vitæ: comparatur hæc vita horologio, quod gradatim ſemper tranſit & uſq; ad certum punctum continuò diſcurrit, & tunc ſubitò cadit ac campanam tangit, ut ſonitus prodeat. Bernhardus dulciloquus ait: Cùm recordor, quòd ſim cinis, refrigeſco. Eſt etiam egregium dictum Gregorij: Valde ſe homo ſollicitat in bono opere, qui ſemper cogitat de extremo. Quis ergo hæc omnia ſecum conſiderans & ſecum diligenter expendens, non in hac vitæ noſtræ horula ageret ſeriam pœnitentiam? Hebræorum cap. 2. legitur, quomodo nos fugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? Ideo caveamus, & circumſpiciamus, ne propriam ſalutem negligamus: Bonus pater Effrem rectè monet dicens: In hoc brevi tempore ſi neglexerimus ſalutem, poſtea nullam omnino excuſationem habebimus, quam pro facinoribus noſtris oſtendamus. Noli ergo brevitatem huius temporis negligere, Feſtina igitur & ne tardaveris ne cum fatuis virginibus in perpetuum excludaris, & tu, cùm ſerius veneris clauſa ſit ianua, videlicet gratiæ: Ideo hoc tempus acceptabile, hoc tempus gratiæ noli, mi frater, negligere. Hinc de decem virginibus & de ſponſo admodùm devotè ſcribit Gregorius: O ſi Palatum cordis ſa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

pere poſſet quantum admirationis hoc dictum habet: Ecce ſponſus venit, *quantum dulcedinis:* Et intraverunt cum eo ad nuptias, *quantum amaritudinis:* Et clauſa eſt ianua: *Chariſſime utinam hæc ſaperes, utinam hæc expenderes, utinam hæc conſiderares, ruminares & fundamentaliter intelligeres, ut ad veram pœnitentiam te citò conferres, curreres utiq́, ne occaſionem temporis commodam negligeres: ſed ut diem ſalutis obſervares, & de ſomno peccatorum ſurgeres: Quilibet dictum Chriſti quod extat in Apocalypſi Iohannis cap. 2. ſibi, ut eſt, dictum putet: Memento unde excideris & pœnitentiam age. Operemur bonum, dum tempus habemus, ne poſtea temerè cum fatuis virginibus dicamus ſerius venientes clauſa iam ianua, Domine, Domine aperi nobis, & audire cogamur, Neſcio vos, hæc vox eſt horrenda, hæc vox eſt deploranda: Expendamus quæſo, quid Hieremias dicat cap. 8. Nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens, Quid feci? Omnes converſi ſunt ad curſum ſuum quaſi equus impetu vadens in prælium, Milvus in cœlo cognovit tempus ſuum, turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus adventus ſui, Populus autem meus non cognovit iudicium Domini: Erubeſcere neſciunt, & dicent (iſti perſeverantes in peccatis & ſecuri) Tranſijt meſſis, finita eſt æſtas, & nos ſalvati non ſumus: quæ*

vox

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

vox eſt auditu graviſsima. Ah non ſalvari ſed damnari eſt omnium rerum triſtiſsimum. Ideo bonus Effrem, Obſecro vos, ait, chariſsimi & ſuppliciter rogo, O amici mei vigilate in hoc brevi tempore, in hac hora undecima contendite, iam enim veſpera properabit, cum gloria multa remunerator advenit, ut reddat cuiq; laboranti denarium, &c.

Petrus Damianus ad Blancam comitiſſam de terroribus mortis: Penſandum quippe eſt, cùm peccatrix anima vinculis carnis abſolvi ſe ſentit, quàm amaro terrore concutitur, quantis mordacis conſcientiæ ſtimulis laceratur. Recolit vetita, quæ commiſit, videt mandata, quæ negligenter contemſit, dolet indulta pœnitentiæ tempora ſeſe inaniter præterijſſe, plorat immobilem diſtrictæ ultionis articulum immutabiliter imminere: manere ſatagit, ire compellitur, recuperare vult perdita, non auditur: poſt terga reſpiciens totius tranſactæ vitæ curſum, velut unum breviſsimum deputat itineris paſſum, O ſi redivivum pœnitentiæ tempus recipere poſſet, quàm duræ converſationis iter arriperet? quantis ſe devotionum vinculis involveret? Interea hebeſcentes oculi tabeſcunt, pectus palpitat, raucum guttur anhelat, dentes & palatum nigreſcunt, & quandam veluti æruginem contrahunt: Palleſcunt ora, membra cuncta rigeſcunt: Dum hæc & huiuſmodi tanquam vicinæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

morti præcedentia famulantur officia, aſſunt omnia geſta, ſimul & verba, nec ipſæ etiam cogitationes deſunt, & cuncta hæc amarum contra actorem teſtimonium reddunt. Adeſt horrenda dæmonum turba, quæ deinceps eum terrebunt & tantum ei horrorem incutient, ut deſperabundus ſpem abijciat peccator, ibi mox præcipitatur, invaditur & turbatur, ibi anima de miſeræ carnis Ergaſtulo violenter evellitur, & ad æterna ſupplicia cum amaritudine trahitur. Hæc ſunt quotidie expendenda, &c. Idiota ſcribit: quotidianam mortis memoriam prodeſſe homini ad provocandum & producendum peccatorem ad veram pœnitentiam. Theophylactus ait: Homo ſi noviſſet ultimum ſuum diem, nihil non ſcelerum conaretur patrare alijs diebus: pleriq; ſi noviſſent ſe in craſtinum morituros forſan innumeris malis hoſtes affligerent tanquam de ipſis deſperantes hoſtiumq; ſanguine convivari cupientes, quod nunc non fit, mortis terrore eos remorante vitæq; æternæ cupiditate atq; amore. Fingamus nos iuuenem ſecurum & nihil minus quàm de morte cogitantem in flore ætatis morientem vidiſſe, & paulò ante mortem ſic clamaſſe (ſicut etiam talem vidimus) cum magno eiulatu: Circumdederunt me gemitus mortis, circumdederunt me dolores inferni, Ah, quòd iam natus ex utero materno non ſtatim perij? In dolore & fletu natus ſum, iam in dolore

& mœ-

& mœrore morior? O mors quàm amara eſt memoria tua cordi iucundo & in delitijs enutrito? Horribilis præſentia eſt tua mihi iuveni & forti & fortunato? O quàm parum opinatus eſſem, quòd tam cito mori debuiſſem? Sed nunc ô horrenda & mihi miſera mors inopinatè irruis in me, contrahis me & ligas me, meq́; conſtrictum trahis: Tempus iam meum eſt elapſum, tempus meum præterijt, & à nullo revocari poteſt, hora imminet mortis, Ah me miſerum? iam ſtillat oculus meus præ dolore, palpebræ fluunt aquis, cor horret, animus extremiſcit, anxiatur totum corpus, quò me vertam neſcio, quod præterijt revocare non poſſum. Eia vos omnes qui adeſtis, meam miſeriam videtis, expendite hæc qui adhuc in veſtra adoleſcentia gaudetis. Qui tempus aptum adhuc habetis, me quæſo reſpicite, measq́; miſerias probè conſiderate, measq́; anguſtias intueamini, ut in meo maximo mortis periculo damnum veſtrum declinetis, non obſervate florem iuventutis veſtræ, quæ ſubitò exaruit, ſed cogitate, ut vobis cum Deo ipſo reconciliatio fiat, tempus ſacris audiendis concionibus, orationibus & ſacris actionibus, & non ocio vel luxu inſumite, ne ſimilia agentes, ſimiles cruciatus nimis ſerò patiamini: O felix pœnitentia, nunquam ſera, ô converſio matura: O cras, ô cras, quàm longam reſtem mihi nexuiſti & in barathrum mortis me protraxiſti, pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

craſtinando me decepiſti. Iam ex mundo, in quo lætus vixi, cum magno mœrore diſcedo: Ah Deus bone quanta bona neglexi, quanta peccata commiſi, quàm ſceleratè vixi, quàm inutiliter tempus perdidi, quot dies tranſegi otioſos, quot luxui inſumſi, quot horas nunquam redituras luſibus perdidi, & hanc horam mortis non prævidi, quam prævidere debuiſſem: Oculi iam viſum amittunt, memoria perit, loquela deficit, mors eſt in propinquo, facies palleſcit, cor debile expaveſcit, & omnia membra deficiunt, loqui deſino, plangere iam amplius nequeo: huius mundi lucem non amplius video: En ibi ſtant cruentæ beſtiæ horribilibus aſpectibus, nigriores Æthiopibus me circumdantes & animam meam ad infernum rapientes. En ſudor mortis membra penetrans apparet, devicta eſt natura, ſuccubui, perij. O terribilis aſpectus iuſti Iudicis, quem in tempore gratiæ pro mediatore agnoſcere nolui, hunc iam me iuſtè iudicaturum experior. Hinc valete ſocij & meo malo vos admoneri ſinite: iam morior & violenta mors me rapit.

Gregorius in quadam homilia nos ſic monet: Conſideremus chariſſimi, ſi quempiam ſecurum mors ex improviſo obruat, mox eum Dæmones maligni circumſtabunt & coanguſtabunt undiq;, qui ei non ſolùm operis, ſed etiam locutionis & inſuper cogitationis iniquitates replicant, ut qui prius per multa dilatavit in

ſcelere,

ſcelere, ad extremum de omnibus anguſtietur in tribulatione. Cogitandum igitur erit nobis, quàm terribilis ſit futura hora reſolutionis, quis pavor mentis, quanta tunc omnium malorum memoria, quæ oblivio tranſactæ voluptatis & felicitatis, quæ formido Iudicis, quantus terror gehennæ.

Cùm quidam fraterculus Monaſterij Clarevallenſis ægrotaret, inviſit eum mellifluus Bernhardus confortans eum & dixit: Confide fili, quia migraturus es iam de morte ad vitam, de labore temporali ad requiem ſempiternam. Ille verò ad eum ingenti fiducia reſpondit: Quid ni, pater ſancte, pergam ad Dominum & creatorem meum, verè confido & quantum de miſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti præſumere audeo, certus ſum, quòd citò viſurus ſim bona Domini in terra viventium, &c. Hoc ergo unum agat quilibet Chriſtianus, ut cum tali fiducia ſalvatoris hinc diſcedat lætus. Sedulius in cap. 6. ad Romanos recenſet quinq; ſpecies mortis: Prima, ait, mors eſt ſeparatio animæ à corpore, ſecunda ſeparatio animæ à Deo, quæ per peccatum evenit, tertia eſt ſecundùm illud, quòd autor mortis diabolus, mors appellatur: Quarta mors inferni lacus, qua prævaricatrices animæ detinentur: dicitur etiam & illa mors laudabilis, qua peccator quiſq; moritur pœnitens & Chriſto conſepelitur.

Fulgen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Fulgentius ad Monimum facit quoq; duplicem mortem: mortem temporalem, & mortem animæ: ad primam mortem malos non eſſe prædeſtinatos, ſed ad ſtagnum ignis: in prima, diſcedente anima, caro ſola moritur: in ſecunda, quando rediens in carnem anima, in eadem cum eadem, quæ peccauit, carne torquetur: ut cum qua communicauit mortem peccati, quod ei bonitas interdixit homini, cùm ipſa communicet mortem ſupplicij, quod parauit diuina iuſticia peccatori.

Beda in ſermone ad populum tomo ſeptimo: Cùm anima exit de corpore, citò moritur corpus, & antequam exeat de corpore magnum ſuſtinet pauorem, quia uidet ante ſe Michaëlem, qui expectat eam & propter miſera agmina timet exire. Væ illis animabus, quas diabolus ſuſcipit & ligat ſub laqueo, quia non poſſunt de eius laqueo euadere non per Eleemoſynas & orationes fidelium. Idiota Pater ſcribens de morte: Mortis modus eſt ſubitus & imperceptibilis, nihilq; certius morte, hora autem mortis & loco & modo nihil incertius.

Idem. Cum magna patientia mors expectanda eſt, quia propter peccatum debetur nobis. Mors eſt omnium pœna, omnium tributum, omnium carcer, omnium domina, omnium receptaculum, & eſt finalis repoſitio omnium mortalium. Idem de bona morte.

lucrum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

lucrum mori, per bonam mortem commutat homo ſecuritatem in timorem, per bonam mortem evadit omne periculum amittendi gratiam.

Rabanus: Bonum eſt cultoribus Chriſti, iudicium mortis præſentis, quoniam per ipſum tranſeunt ad vitam æternam. Bernhardus eleganter ſic ait: Quid in rebus humanis certius morte, quid hora mortis incertius invenitur? Non miſeratur inopiam, non divitias reveretur: non generi cuiuſlibet, non moribus, non ipſi deniq; parcit ætati, niſi quòd ſenibus in ianuis, adoleſcentibus in inſidijs eſt. Infelix perinde qui in huius vitæ tenebris & lubrico fidens, perituram inſumit operam, nec advertit, quoniam vapor eſt ad modicum apparens & vanitas vanitatum. Obtinuiſti tandem ambitioſe, quam ex longo ambieras dignitatem? Serva quod habes. Impleſti pecunioſè loculos tuos? ſollicitus eſto ne perdas? Vberes fructus tulit ager tuus, dirue horrea tua, ut maiora ædifices, muta quadrata rotundis, dic animæ tuæ, Habes multa bona repoſita in annos plurimos. Erit enim qui dicat. Stulte hac nocte repetent animam tuam à te, quæ autem paraſti, cuius erunt? Idem. Mors peccatorum peſſima, unde peſſima? Mala ſiquidem in mundi amiſſione, peior in carnis ſeparatione, peſſima in vermis, ignisq; duplici contritione: Mala quippe, quia non poſſunt ſeparari ſine dolore ab eo, quem diligunt:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

peior in diſſolutione carnis, à qua evelluntur eorum animæ à ſpiritibus malignis: peßima in tormentis inferni, quando corpus & anima perpetuis ſimul addicuntur ignibus. Albertus Magnus ſuper Lucam: Certum eſt, nos omnes morituros, ſed incerta eſt hora mortis, locus & modus. Ideo ſapiens hæc omnia præordinat, & ſemper eum mors paratum inveniet, ſic emoriuntur damnati in æternum, ut nunquam permoriantur. Innocentius quidam in ſermone quodam in converſione Pauli: In corporalis mortis articulo nonnunquam eſt tanta doloris acerbitas, tanta moleſtia paßionis, quòd moriens in tantum memoria privetur, ut nullorum valeat meminiſſe: licet non ſit de aliquo deſperandum donec fuerit in vita, tutum tamen non eſt pœnitentiam differre.

Bonaventura ait: Conſideratio mortis facit in homine ſex bona. 1. facit peccata vel vitia fugere. 2. facit mundum contemnere. 3. facit ſeipſum deſpicere & propter reſolutionem ad terram, in ſui ipſius cognitionem venire. 4. facit vitam præſentem rectè regere. 5. facit rectè temperare præſentem læticiã. 6. Facit rectè dividere præſentem & futuram vitam. Qui enim ſe ponit in articulo mortis & eum cõſiderat, quaſi in medio præſentis & futuræ vitæ ſe collocat & ideo rectè videt, quid ſpernere & quid eligere debeat: Quæ verò ſint opponenda morti, ne morte ſecunda in

pecca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

peccatis perpetuò moriamur, ſed ut nobis mors ſit ſomnus, diximꝰ in libro, de ſalutari præparatione ad mortem: item in libro, de arte piè in Chriſto moriendi & in tertio libro, de placida credentium & piorum morte.

De iudicio Domini extremo, iam propediem imminente.

Eſſe iudicium futurum patet clarè tàm ex veteri quàm ex novo Teſtamento: Ideo graviter nos Syracides monet cap. 18. Ante iudicium para iuſticiam tibi, ut in conſpectu Dei invenias propitiationem. Graviter etiam dicit bonus pater Hincmarus: Habe ſemper ante mentis oculos, quàm terribilis ſit Iudex noſter in conſilijs ſuper filios hominum & quàm deſtrictus ad iudicandum veniet cœlis & terris ardentibus: & mox, Attendendum eſt, quæ nobis verecundia tunc erit, in conſpectu totius humani generis, omniumq́ virtutum cœleſtium confundi, & poſt confuſionem, quæ nos pœna ſequatur. Nemo poteſt hîc gaudere cum ſeculo, & illic regnare cum Domino. Theophylactus ait: Si cogitaremus venturum Dominum & in foribus finem & conſummationem vitæ noſtræ, minus certè peccaremus. Cùm in via huius vitæ ſumus, demus operam virtutibus, vacando, ut à diabolo liberemur, & nihil commune cum illo habeamus, ne quando in futuro Iudicio tradat nos Iudici: opera quæ

in hac vita facinus, illa tradunt nos Iudici, & Iudex nos tradit exactori, dæmoni cuidam nos torquenti & affligenti.

De hoc iudicio dicit Ioël cap. 2. Hic dies (Iudicij) Domini dies magnus & terribilis & Sophoniæ 1. dies iræ, tribulationis, anguſtiæ, calamitatis, miſeriarum, tenebrarum: Integer actus & proceſſus eius Iudicij deſcribitur Matth. 25. Iudex erit filius hominis. Matthæi 16. & Actorum 1. Hic Ieſus, qui aſſumtus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, &c. Et ibidem, Et omnes homines coram illo congregabuntur: Adventus Chriſti erit ſolennis. Matthæi 16. Filius hominis venturus eſt cum vel in gloria Patris ſui cum angelis ſuis: Matthæi 24. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & Maieſtate & gloria. & Matthæi 25. Cùm venerit filius hominis in Maieſtate ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ: Marci 13. Cum virtute multa & gloria: item Lucæ 21. cum poteſtate multa & claritate: mittet angelos cum tuba & voce magna & congregabunt electos eius à quatuor terminis terræ, à ſummis cælorum uſq; ad terminos terræ. Iudicium Chriſti extremum deſcribitur ſicut & ipſe Iudex Actor. 10. 1. Pet. 4. 2. Pet. 3. Apocal. 1. & 19. Rom. 2. & 14. 1. Corinth. 15. 2. Timoth. 4. vide quid de eo ſcribant Iudas in ſua Epiſtola & Ia-

cobus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

cobus cap. 5. Proceſſus Iudicij 2. Theſſal. 1. Apocalypſ. 21 & 22. Rom. 2. latius depingitur. Item omnes gentes & populi coram ipſo (Matthæi 25.) congregabuntur, atq; ante eum omnes gentes. Quomodo nos præparare debeamus ad hoc iudicium, oſtendit Chriſtus Matthæi 24. Vigilate quia neſcitis horam, qua venturus eſt Dominus, & hoc pluribus ſimilibus oſtendit: Marci 13. Vigilate & videte, neſcitis horam quando Dominus venturus eſt, &c. Lucæ 12. Sint lumbi veſtri præcincti Matthæi 25. adducit ſimilitudinem à decem virginibus: Lucæ 21. Cavete vobis, ne quando grauentur corda veſtra crapula, ebrietate & cura huius mundi & ſubitò ſuper vos ingruat dies ille: tanquam laqueus ſuperveniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem terræ. Vigilate itaq; omni tempore deprecantes, ut liceat vobis effugere iſta omnia, quæ ventura ſunt, & ſtare ante filium hominis. Petrus etiam nos ad ſalutarem præparationem ad iudicium monet 1. Petri 4. Omnium rerum finis imminet. Sitis igitur ſobrij & vigilantes ad orandum. Item vide 2. Petri 3. item Iohan. 2. Filioli manete in eo, ut cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non pudefiamus ab eo in adventu ſuo. Vide 1. Corinth. 15. Philip. 1. Coloſſ. 3. inprimis 1. Theſſal. 5. ne dormiamus ſed vigilemus & ſobrij ſimus. Ideo dicit Ephrem in ſcripto de extremo Iudicio: Præparemus nos ſine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

macula inveniri in terribili illo Chriſti examine, in quo omnes actus noſtri, cogitationes & opera arguentur. Graviter etiam Gregorius nos monet, dicens: Præſentis temporis ita agenda eſt lætitia, ut nunquam amaritudo ſequentis Iudicij recedat à memoria. Idem ſic ait: Venturi Iudicij examen tremendum cum metu & lachrymis quotidie ſine ceſſatione conſiderent, illumq́ diem, in quo perturbanda ſunt omnia cum timore ad animum reducat quilibet, ut iram Iudicis, in ipſo iam die, non timeat. Et Bernhardus ait: Expaveſco multùm Iudicis vultum, quem latebit nil occultum, nec relinquit quid inultum, & quis noſtrum non timebit, quando Iudex apparebit, ignis ante eum ardebit, peccatores, qui delebit. Rectè nos monet Baſilius ſuper Pſal. Quando forte ad aliquod peccatum te videris paratum, illud horribile & intolerabile Chriſti tribunal cogita, in quo Iudex in alto ſedebit throno, aſtabitq́ omnis creatura, eius adventum glorioſum exhorreſcens, rationem geſtorum redditura: Chryſoſt. ſuper Romanos: Collectis his omnibus cogitationē rurſus ad ea quæ ſupra ſunt tranſverte, diemq́ terribilem iſtū, in quo Chriſtus adveniet, cogita Tunc enim non videbis mulorum paria, nihil auro conſpicuum, nullos dracones, nulla ſacra, ſed multo horrore ac ſtupore plena erunt omnia, tantumq́ terroris incutient, ut & ipſæ incorporeæ virtutes conſternantur, &c.

Omnes

Omnes pij expendant, ob quam cauſam ſingulis hominibus uſuram vitæ huius conceſſerit & dederit Deus, non quidem ut victum & amictum ſolum habeant, ſed ut in vera doctrina inſtituantur, verum Deum colant, templa ſint Spiritus ſancti, verum Deum per Chriſtum mediatorem ardenti fide invocent & ei per ipſum gratias agant, & tandem vitæ æternæ hæredes fiant. O quàm glorioſa erit res, quando Magiſtratus pij cum copioſo ſubditorum numero, quando paſtores ſynceri cum docilibus auditoribus, ſancti Patresfamilias & matres cum bene educatis liberis & familia in timore Domini inſtituta reſurgent, & ad tribunal Chriſti hilari facie conſtituti audient iucundiſſimam vocem: Venite benedicti: O quantum erit dedecus & probrum, quando Magiſtratus Epicurei, Sardanapali, rapaces, tyranni, ſurgent cum ſecuris ſubditis, quando negligentes & ſecuri paſtores, citius mercenarij, ſurgent cum neglectis & atheis auditoribus, quando mali patres & matresfamilias ſurgent cum liberis malè educatis, cum familia ad nullam pietatem aſſuefacta & audituri ſunt horrendam vocem: Ite maledicti, &c.

Interim pijs Heroibus & fideli Magiſtratui fidelibus paſtoribus, fidelibus patribus & matribusfamilias, nulla maior gloria accidere poteſt, quàm ut in die Iudicij, ubi omnes Pompæ mundanæ ceſſabunt, cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Chriſto in æterna gaudia intrent & audiant, Euge bone ſerue &c. E regione nulla erit maior ignominia, quàm ubi uertumni Heröes, qui turpibus uoluptatibus & neglectioni imo perſecutioni ueræ doctrinæ non tantùm ſeipſos, uerùm etiam ſubditos polluerunt, ubi ſecuri paſtores, qui non tantùm ſeipſos ſed auditores quoq; neglexerunt & perdiderunt, ubi ſomnolenti & Athei patres & matresfamilias, qui & ſe & ſuos liberos ac totam familiã in barathrũ multorum peccatorum traxerunt, prodituri ſunt ante Iudicium ipſis horrendum & audient: Euge ſerue nequam & piger &c. Erat aliquando pius quidam ſenex, qui uidebat ſecurum iuuenem diſſolutè ridentem: O fili, an neſcis (ait) quòd Chriſto coram cœlo & terra reddituri ſumus rationem totius uitæ noſtræ, & tu intempeſtiuè rides? Rectè ergo dicit Gregorius: Otioſa loquentes cogitent, quam metuere culpam locutionis debeant, ſi is, cui loquendo delinquitur, cogitationum exceſſus, ad iudicij ſui examen ſeruat. Tria autem capita in hoc tractatu locabimus, Primum, quòd ſit multa futura accuſatio contra peccatores in Iudicio: Secundum, quòd ſit omnibus reddenda ratio uillicationis ſuæ: Tertium, quòd ſubſequatur horribilis Iudicis ſententia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Caput primum de iudicio extimeſcendo propter multiplices accuſationes.

Accuſabit eos in die Iudicij Sathanas, qui etiamnum hodie non ceſſat fideles accuſare die & nocte Apocalypſ. cap. 12. & videamus quam invectivam coram Deo contra Iob inſtituerit Iob. 1. Ut enim ſuggerunt homini peccatum diaboli & ad peccandum incitant homines, ſicut de Iuda conſtat: ita tandem poſt commiſſum peccatum ad deſperationem, perpetratores cum Iuda ad deſperationem, inquam, adigunt, & cùm ea via hoc ipſis non ſuccedat, ut omnes deſperare incipiant, accuſare & deferre peccatores nunquam ceſſant, inprimis in die Iudicij exaggerabunt peccatorum ſcelera quàm graviſſimè. Graviter ergo dixit Auguſtinus: Aſtabunt omnes homines ante tribunal Chriſti, & præſtò erit diabolus & recitabit verba profeſſionis noſtræ & obijciet nobis in faciem, quid & in quo peccavimus & in quo loco, & quid facere debebamus. Dicturus eſt enim ille adverſarius noſter: Æquiſſime iudex iudica iſtum eſſe meum, ob culpam, quia tuus noluit eſſe per gratiam, tuus eſt per naturam, meus per miſeriam, tuus eſt per compaſſionem, meus ob ſuaſionem, tibi inobediens, mihi conſentiens, à te accepit immortalitatis tunicam (in baptiſmo) à me accepit hanc pannoſam tunicam, qua indutus eſt, tuam veſtem dimiſit, cum mea huc venit.

Æquiſſime Iudex, iudica ergo illum eſſe meum & mecum condemna.

Baſilius ſuper Pſal. Eos qui multa in vita adminiſtrarunt, horribiles quidem ac triſtes circumſtabunt angeli, vicinum aſpicientes ignem, ſævas flammas reſpirantes propter propoſiti amarulentiam faciebus noſtris, ſimiles ob odium humani generis & triſticiam quam referent.

Secundo loco accuſabit eos conſcientia propria, ut dicitur: Dominus illuſtraturus eſt occulta tenebrarum, & patefaciet conſilia cordium 2. Corinth. 5. 2. Timoth. 4. Et epiſtola Iudæ: Dominus veniet, ut faciat iudicium adverſus omnes ex ijs qui ſunt impij de factis omnibus, quæ impiè patrarunt: ita occulta hominum prodibunt Rom. 14. 1. Corinth. 4. id eſt, propria conſcientia ſingulorum revelabit mala & ſcelera atq; hoc pacto accuſabit nos. In Daniele 7. cap. & in Apocalypſi cap. 20. legitur de apertis in Iudicio libris, hoc eſt, de conſcientia dicitur aperta, quæ cogitur proferre omnia ſecreta & hactenus occulta, in die illo: Rom. 2. conſcientia illorum atteſtatur. Sicut enim conſcientiæ bonæ teſtimonium in homine eſt bona gloria, ita teſtimonium pravæ conſcientiæ eſt accuſatio ſui ipſius: Origenes ſuper Iob ait: Anima quid per unamquamq; diem vel geſſerit vel locuta fuerit, vel cogitaverit, omnia proponentur in iudicio. Iſidorus ait:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ait : Qualem quiſq; conſcientiam tulerit, talem & iudicem habebit.

Iob ait cap. 34. Non ſunt tenebræ (in iudicio) ut abſcondatur ibi, qui operatur iniquitatem: Et Eccleſiaſtes cap. 12. Omne opus Deus adducet in iudicium propter omne abſconditum ſive bonum ſive malum: Ergo conſcientia prodet occulta & accuſabit peccatores de peccatis occultis: item 1. Paralip. 6. Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. Syracides 39. Opera omnis carnis coram illo & non eſt quicquam abſconditum ab oculis eius. Ideo conſcientiæ ſingulorum hominum palàm exponentur ibi, ut per illas accuſatio fiat: Qui enim alterius iniquitates revelat, quid aliud facit, quàm ut eum accuſet?

Hinc dicitur Rom. 2. In illo die iudicabit Dominus occulta hominum iuxta Euangelium meum per Ieſum Chriſtum. Ergo illa occulta tunc fient manifeſta: Graviter ergo dicit ſuper Rom. Theodolus: In illo Iudicio non indigemus exterioribus vel accuſationibus vel bonum nobis teſtimonium dicentibus: Suæ enim cuiuſq; cogitationes & conſcientia vel accuſabit vel defendet eum. Item Gregorius dicit: Qui iudicaturus venit exteriora ſimul & interiora iudicat, facta pariter & cogitationes penſat: Iſiodorus in lib. de ſummo bono: Qualem quiſq; conſcientiam tulerit, talem & Iudicem habebit, ut manente in ſua tranquil-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

litate Chriſto, illis terribilis appareat, quos conſcientia in malis accuſat. Chryſoſt. ſuper Matthæum: Ipſe cogitationes noſtræ ſtabunt ante oculos noſtros accuſantes nos. Theophylactus ſuper Lucam ait: Omnia & verba & cogitationes nudæ ante Iudiciũ in ſupremo illo die apparebunt: Anshelmus ſuper i Epiſtolas Pauli: Iudex introſpicit corda & conſcientias ſingulorum ac manifeſtabit occulta, ut bonus laudem tribuat, & mali pœnam quam merentur, accipiant. Item: Eodem modo & eadem quantitate, qua geßit unuſquiſq; quodlibet opus recitabit illud iudicandum ante tribunal æterni Iudicis. Item: Mulier prægnans quod in utero diu portavit (intellige abſconditum) cum pondere, tandem eijcit cum dolore, quia & reprobi malum, quod diu latuit intra conſcientiam ipſorum, & gravavit eam, in conſpectu Iudicis cum gravi tormento cunctis manifeſtabunt: Mulier cum voluptate pondus illud concipit, ſed cum dolore eijcit, quia & reprobi culpam cum voluptate libenter commiſerunt, ſed ante diſtrictum Iudicem, hanc inviti multa cum amaritudine manifeſtabunt, &c. Sic erunt accuſatores ſuimetipſius. Petrus Lombardus: Non ſcriptura apertè definit an voce illa proferantur, Venite benedicti, &c. Ite maledicti, &c. An virtute Iudicis ita fiet conſcientijs ſingulorum atteſtantibus. Et mox, Illa enim eſurivi, & non dediſti mihi manducare, & huiuſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

huiuſmodi magis conſcientijs exprimenda plurimi putant, quàm verbis.

Tertiò erunt angeli (qui dati ſunt nobis in cuſtodiam, Pſal 34. 91. Matthæi 18. Hebræorum 1) accuſatores Chriſtianorum (non dicam iam de Turcis, Gentibus, de Papiſtis, de Iudæis, de Rußis) Illi inquam erunt accuſatores aut teſtes eorum bonorum operum, aut omnium delictorum, quæ vel audierunt, vel viderunt in his terris circa Chriſtianos: nam illi ſunt in circuitu timentium Dominum, & agunt nobiſcum in omnibus vijs noſtris: Illi in ſomnis voluntatem Domini inſtillare poſſunt iuſtis, ut Matthæi 1. de Ioſeph & de Magis legitur. Sic quoq; ſine dubio obſervant impiorum meditationes. Luc. 1. narrat preces Zachariæ à Deo exauditas angelus, & dicit angelus ad Cornelium (Actorum 10.) Preces tuæ & eleëmoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam coram Deo. Sicut ergo noverunt piorum preces & eleëmoſynas: ita etiam in malis obſeruant ſine dubio peccata & delicta? Item Mariæ decretum Dei annunciat angelus, cur non vel interrogati, vel per ſemetipſos referrent quid hîc actum ſit? Si adſunt pijs morientibus (Lucæ 16.) & eorum animas deportant in cœlum, cur igitur non accuſarent reprobos & impios peccatores? quemadmodum enim ſegregabunt fideles ab impijs. & ſeponent ad ſiniſtram malos (Matthæi 24.) eodem modo eos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

accuſabunt? Si enim impios percutiunt propter peccata, ut de Herode Actorum 12. legitur: Sanè eos quoque accuſare non ceſſabunt. Origenes inquit, angelos procurationem animarum noſtrarum tenere. Baſilius ait ſuper Pſal. Omni in Chriſtum credenti angelus aßiſtit, niſi nos illum ob noſtra peccata abſterreamus, fumus apes fugat, & fœtor columbas expellit: ſic Angelum vitæ noſtræ cuſtodem lacrymoſum ac graveolens peccatum abigit: Tobiæ 12. ait angelus, quòd ſua bona opera in ſepeliundis mortuis, & preces obtulerit Deo: Sic quoq; mala opera & peccata impiorum quoq; offerunt ſine dubio coram Deo: Percutiunt impios magna pœna 2. Samuelis 24. item 2. Paralyp. 32. Eſaiæ 37. Daniel. 13. Angelus accepta ſententia ab eo ſcindet te medium: Sodomitas facientes impetum in domum Loth cæcitate percutiunt (Geneſ. 19.) angeli, cur igitur impiorum peccata non deferrent? Paulus ait, quòd propter angelos velamen habere debeant mulieres, Ergo ſunt obſervatores actionum noſtrarum: Et Poëta Chriſtianus Alcuinus ſic de angelis ſcribit:

Hi nunc, quod rectum mortalia corda precantur,
Concipitur dignis ſancto quod pectore votis,
Quicquid larga manus collectis ſpargit egenis
Excipiunt, ſanctoq; ferunt ſuper aſtra volatu &c.

Eodem

Eodem modo etiam ſcelera impiorum deferunt coram Deo ſine omni dubio.

Quartò mala opera & peccata ipſa accuſabunt in die illa peccatores Hieremiæ 2. arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te, & cap. 32. Oculi Domini aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, ut reddat unicuiq; iuxta vias ſuas & ſecundùm fructum adinventionum eius Rom. 2. Quapropter inexcuſabilis es ô homo, quiſquis es, qui iudicas alium, Nam hoc ipſo quòd iudicas alterum, teipſum condemnas. Eadem enim facis quæ iudicas: videatur ibi totum caput. Peccata in illo die erunt quaſi ligata ad collum peccatoris, Oſeæ 4. Colligata eſt iniquitas Effraim, abſconditum eſt peccatum eius, Threnorum 1. Convolutæ ſunt (iniquitates meæ) & impoſitæ collo meo. Ideo dicitur Gal. 6. quòd quiſq; proprium opus portabit: Proverbiorum 5. Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatorũ ſuorum conſtringetur. Item: Reſpicit Dominus viam hominis & omnes greſſus eius conſiderat, ideo etiam Propheta ait: Funes peccatorum circumdederunt me. Chryſoſtomus ait: Opera noſtra mala ſtabunt ante oculos noſtros accuſantia nos ante Deum: Bernhardus inquit: Tunc opera noſtra ſimul loquentia dicent ad peccatorem. Tu nos egiſti, opera tua ſumus, non te deſerimus, tecum erimus, tecum ad iudicium pergimus: Et rectè ait Pſalmiſta:

In ope-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

In operibus manuum ſuarum cognoſcetur peccator. Et bene dicit Propheta Ezechiel cap. 18. Sicut iuſticia iuſti eſt ſuper ipſum: ſic impietas impij erit ſuper ipſum. Graviter monet nos Eccleſiaſtes Salomonis dicens cap. 12. Omne opus adducet Deus in iudicium. Pſalmiſta ait: Intelligit omnia opera hominum Dominus.

Quintò accuſabunt peccatores, omnes creaturæ: Iob 20. Reuelabunt cœli iniquitatem impij & terræ conſurgent adverſum ipſum: nam Dominus advocabit cœlum deſurſum & terram deorſum, ad diſcernendum populum. Sapientiæ 5. Armabit creaturam ad ultionem inimicorum, & pugnabit cum eo orbis terrarum. Et cap. 16. Creatura tibi factori deſerviens, excandeſcat in tormentum adverſus iniuſtos: Propter nos vanitati ſubiectæ ſunt creaturæ & cupiunt liberari à ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei: ideo omnis creatura congemiſcit Rom 8. Chryſoſtomus ſuper Matthæum, In illo die nihil eſt quod reſpondeamus, ubi cælum & terra, Sol & Luna, dies & nox & totus mundus aſtabunt adverſus nos in teſtimonium peccatorum noſtrorum. Gregorius etiam dicit: Si quæris, quis te accuſabit? dico quòd totus mundus & creaturæ non ſolùm accuſabunt peccatorem, verùm etiam peccatorem de ipſo vindicabunt.

Sextò

Sextò dicit Chriſtus Matthæi 12. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac & condemnabunt eam, quòd ipſi reſipuerint ad prædicationem Ionæ & ecce plus quàm Ionas hoc loco: Regina Auſtri ſurget in iudicio cum generatione hac & condemnabit eam, quòd venerit à finibus terræ ad audiendam ſapientiam Salomonis. Et ecce plus quàm Salomon eſt in hoc loco. Et Lucæ 10. Væ tibi Chorazim, væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis olim, in cilicio & cinere ſedentes ſcelerum ſuorum egiſſent pœnitentiam, verùm Tyro & Sidoni remiſſius erit in iudicio quàm vobis: & tu Capernaum, quæ uſq; ad cœlum elata es, uſq; ad infernum depримeris. Ita ſurgent nobiſcum Turcæ, Ethnici gentiles, & alij populi & nos noſtræ negligentiæ & ſecuritatis accuſabunt: imo Pontificij & homines ſub Papatu quaſi in tenebris ſedentes in Italia & in Hiſpania, qui nihil ſciverunt, nec ſciunt de veritate, nos accuſabunt tanti contemtus verbi Dei, & noſtri maiores, qui varijs peregrinationibus ad loca ſancta & peregrina fatigati ſunt, & ſe ieiunijs, roſarijs abſolvendis, ac varijs exercitijs obruerunt, & ſe exercuerunt, & tamen multi eorum Chriſtum non cognoverunt, etſi zelum pietatis haberent, ſurgent contra nos & noſtræ ſocordiæ nos accuſabunt.

Septimò, Apocalypſ. 6. leguntur animæ ſanctorum vel interfectorum propter verbum Dei, clamare voce magna: Uſquequò Domine, qui es ſanctus & verax, non iudicas ac vindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra? Item ſic legitur Pſal. 79. Innoteſcat in nationibus coram tuis oculis ultio ſanguinis ſervorum tuorum, qui eſt effuſus: Effuderunt ſanguinem ipſorum tanquam aquam in circuitu Hieruſalem, (Eccleſiæ) Introeat in conſpectu tuo gemitus vinctorum. Sic ſine dubio ſtabunt in die iudicij ſancti Martyres contra iſtos Tyrannos, quorum iuſſu & auctoritate necati & occiſi ſunt, & eos accuſabunt graviter coram iuſto Iudice in illo die. Sic in die Iudicij (1. Samuelis 22.) Abimelech ſacerdos Domini cum 84. viris, & tota civitate Nobe & eius inhabitatoribus ſtabunt contra Saul & Doëg (ſicut contra illum Doëg oravit David Pſal. 52.) Sic in die iudicij ſtabunt innocentes pueri contra Herodem primum vel Idumæum: contra iuniorem Herodem dictum Antipam (Marci 6. Matthæi 14.) ſtabit Iohannes Baptiſta: Item Iacobus & Petrus contra tertium Herodem dictum Agrippam (Actorum 12.) ſtabunt Petrus & Paulus contra Neronem: Iohannes Evangeliſta contra Domitianum: Omnes Apoſtoli contra Phariſæos (Matthæi 19. Lucæ 22.) ſtabunt, inprimis Iacobus minor: item omnes martyres ſtabunt contra

Tyran-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Tyrannos, eorum Præſides & Præfectos, per quos ex auctoritate Dominorum ſuorum, propter Chriſtum ſunt morti adiudicati.

Octavò, produnt hiſtoriæ, quomodo Mauritius Imperator à Chagano duobus aureis ſingulos milites captivos redimere potuiſſet, & cùm hoc non faceret, & captivos multorum millium, omnes, inquam, enſe feriret Tyrannus, apparet in ſomnis mox ei Chriſtus iratus, & aſſerit eum Phocæ ordinis militaris traditum eſſe. ſic mox capitur à Phoca, qui Imperatoriam dignitatem ſibi uſurpauit, & tandem eius (Mauritij) liberi (inter quos erat Theodoſius primogenitus) in conſpectu patris occiduntur, in quorum cuiuſq; cæde verba hæc Pater ex Pſalmis protulit: Iuſtus es Domine & iuſtum iudicium tuum, deinde ipſe Mauritius enſe cæſus eſt: Hæc habet Nicephorus Calliſtus: Nutrix autem liberorum Mauritij infante uno ſubtracto, puerū ipſa ſuum lactantem protulit, ſed Mauritius ait non æquum eſſe, ut in alium, quum ab ipſo Deus pœnas expeteret, animadverteretur. Zonaras & Cedrenus referunt, quòd Monachus quidam & alius Herodianus nomine hanc mortem prædixerant Mauritio: Mauritius Imperator Deum oravit, ut in hac vita pœnas de ſe ſumat, & quoquoverſum miſit petens ab omnibus, ut id a Deo precibus impetrarent: habuit autem huius mali ſomnium, putabat

magnam turbam inſiſtere effigiei Servatoris noſtri, quæ ſupra æream portam eſt & contra Imperatorem vociferari, audiriq; vocem ex imagine, quæ Mauritium adeſſe iuberet, eumq; ſtatim adductum interrogari, utro in loco facinoris in captivos admiſſi pœnas dari mallet, in hac vita, an in futura? Eum dixiſſe, In hac, humane Domine, & audiuiſſe vocem, quæ diceret: Tradite ergo eum cum omni familia Phocæ militi: Ita omnes tyrannicè occiſi, deinde oppreſſi, gravati, & iniuſtè damnati ſtabunt contra Tyrannos, contra malos magiſtratus, eorum impios Præfectos, & accuſabunt eos omnis violentiæ in ipſos commiſſæ.

Nonò ſtabunt ibi contra Iulianum Imperatorem Libanium Sophiſtam & omnes Chriſtum deludentes aut Apoſtatas qui eo tempore fuere, omnes ſancti Epiſcopi & auditores Chriſtiani, item contra Valentem Cæſarem, Baſilius, Euſebius, Samoſatenus & alij Epiſcopi & Doctores ab ipſo propter veritatem eiectis ex ſedibus ſuis ſtabunt: & quotquot ſingulis temporibus extiterunt, qui propter veritatem tyrannicè ſunt eiecti ex ſuis miniſterijs: Tunc Iohannes Huſſus ſtabit contra Papam, Cardinales, Epiſcopos & Doctores eum in concilio Conſtantienſi magno numero damnantes: ibi, qui fuerunt & ſunt noſtro tempore Doctores Evangelici ſtabunt quoq; contra Papas, Cardinales, Epiſcopos papales, Pontificios Reges, Princi-

pes ac

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

pes ac Heroes ex inſtinctu Papalium perſequentes veritatis confeſſores & eos in exilia eijcientes aut occidentes vel comburentes.

Decimò, David ait Pſal. 68. Dominus pater eſt orphanorum & iudex viduarum, item Pſal. 146. Dominus pupillum & viduam ſuſcipiet: item Exod. 22. Viduæ & pupillo non nocebitis. Deutero. 10. Dominus facit iudicium pupillo & viduæ: itaq; omnes viduæ & pupilli ſtabunt contra ipſorum oppreſſores in die illo & de illorum violentia & oppreßione conquerentur in die Iudicij coram iuſto Iudice, & is ipſos vindicabit.

Undecimò, ſurgent in iudicio, alij miſeri & oppreßi, (ſicut fuit Naboth, qui ſurget contra Ieſabel) & conquerentur, de iniuria ipſis à Magiſtratibus ſuis & Iudicibus ſuis ordinarijs illata & contra eos, qui iniquam pronunciarunt ſententiam. Tunc ſurgent contra Nobiles Ruſtici, Cives contra Conſules & Senatores omnes, qui iudicant iniquitatem & perſonas impiorum ſuſcipiunt, qui non iudicant egeno & pupillo, & pauperem & oppreſſum non iuſtificant: nec eripiunt pauperem & egenum de manu impiorum, ideo coram Domino tunc prodibunt, qui veniens veniet iudicare terram. Si enim impius Iudex (Lucæ 18.) qui neq; Deum neq; homines metuit aut timuit, viduam apud ipſum ſollicitantem tandem propterea vindicavit,

ne poſtremò in agone illa veniret & ſugillaret eum: quantò magis omnes oppreßi ſugillabunt & accuſabunt tyrannos & oppreſſores ſuos in die Iudicij?

Duodecimò, Tunc ſurgent in die Iudicij filij ac liberi contra parentes & dominos, & accuſabunt negligentiæ parentes, quòd non in timore Domini ſunt educati & enutriti: contrà intractabilitatem, malos mores, inobedientiam & obſtinaciam liberorum accuſabunt parentes, deinde accuſabunt ſuos diſcipulos præceptores, & diſcipuli negligentiam præceptorum: Sic illi liberi parentes ſuos, illi diſcipuli præceptores ſuos, qui Arethuſij (in urbe) ſub Iuliano Imperatore & Apoſtata fuerunt, & Marcum Epiſcopum & decrepitum ſenem ex iuſſo & inſtinctu parentum ac præceptorum, graphijs pungebant & graviter cruciabant, idq́ faciebant non minus puellæ tenellæ quàm maſculi pueri, teſtibus hiſtoricis Eccleſiæ Sozomeno libro 5. cap. 9. Theodoreto lib. 3. cap. 6. & Nicephoro Calliſto libro 10. cap. 9. hiſtoriæ ſuæ: Ibi Marcus accuſabit illos pueros, pueri rurſum accuſabunt parentes & præceptores tanquam inſtigatores: item illi pueri, quibus ſub Maximino Cæſare, eoq́ mandante, liber actorum Chriſti & Pilati commenticius, multas blaſphemias & maledicentias in Chriſtum Salvatorem & eius diſcipulos continens proponebatur à Magiſtris, qui ut literatores, libros tales pueris omnibus legendo proponebant,

nebant (vide Euſebium lib. 9. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 4. & 5.) graviter accuſabunt, præceptores & literatores in die illo, ſicut Eliſeus accuſabit pueros clamantes calve, calve, & rurſum pueri accuſabunt parentes & omnes qui ad hoc facinus eos inſtigarunt.

Decimotertiò, concionatores tunc accuſabunt ſecuritatem auditorum ſuorum & de eorum negligentia dicent, & conquerentur quomodo conciones multis modis neglexerint. Sicut enim ſpes concionatorum & gaudium aut corona eſt gloriationis, pietas auditorum in conſpectu Dei 1. Theſſal. 2. ita quoque vindicta Dei in promtu eſt adverſus omnem inobedientiam 1. Corinth. 10. Ideo concionatores in ſua actione accuſabunt auditores, quòd Sacramentis non ſint uſi, quòd fuerint ſecuri. Viciſſim multi ex auditoribus accuſabunt ſocordes paſtores, & ſecuros ſuos præſides, duces cæcorum: tales inveniuntur infinito numero in Papatu inter Epiſcopos, Abbates, Prælatos, Pontificios, Sacrificulos, Monachos & Ieſuitas in Hiſpaniјs, in Italia, in Sicilia, in regno Neapolitano & alibi, ubi violenter iſti cogunt miſeram plebem, ne quicquam librorum ſacrorum habeant, vel ullam Catecheſin, vel ullum librum precationum, aut Pſalterium, aut ut in ſua lingua orent orationem Dominicam: Iſta plebs quoq; ſtabit infinito numero & accuſabit iſtos Papiſtas, Sacrificulos, Monachos & Ieſuitas vi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

tas viam veritatis ipſis prohibentes, & libros veritatis ipſis eripientes: Imò ſeducti ab Hæreticis dicent: Hi ſunt illi Hæretici, qui nos ſeduxerunt & in errorem ſuum nos inſcios pertraxerunt: Simplices Iudæi tunc accuſabunt Phariſæos ſeducentes eos, & à Chriſti doctrina retrahentes.

Decimo quartò, Sicut Iohannes ait (cap. 19. ex Zachariæ cap. 12.) videbunt in quem pupugerunt: ita iſti, qui ignominia affecerunt aut adhuc afficiunt Chriſtum Salvatorem mundi, vel fuere aut adhuc ſunt in illum blaſphemi, aut eius meritum contemſerunt, aut adhuc contemnunt, videbunt in illo die Iudicij & experientur quid fecerint, & intuebuntur Chriſtum, quem Salvatorem neglexerunt, tanquam glorioſum & omnipotentem Iudicem, idq́ in magno horrore: Ideo vel ipſe Chriſtus, vel eius merita accuſabunt præfractos & impios. Sic ſtabit Chriſtus in maieſtate & gloria contra omnes Iudæos, omnes Ethnicos, Græcos, Gentiles, Turcas, Epicuræos, & eos omnes ipſius Regnum contemnentes & deridentes, & contra ipſos, qui extra & præter Chriſtum alia media ad ſalutem quæſierunt, quales multi inter Papiſtas exiſtunt, quales etiam multi inter Sacramentarios & Anabaptiſtas exiſtunt, accuſabit. Rectè ait Hieronymus: Crux Chriſti contra te pugnabit, & Chriſtus per vulnera ſua contra te allegabit, cicatrices eius

de te

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

de te conquerentur: Auguſtinus quando de ſymbolo refert: Fortaßis Dominus (ſcribit) in corpore ſuo cicatrices obſeruabit, ut in iudicio peccatoribus exprobret, & conuincens eos, dicat: Ecce hominem, quem crucifixiſtis, ecce Deum & hominem, in quem uos infelices credere noluiſtis, uidete uulnera, quæ infixiſtis, agnoſcite latus, quod pupugiſtis, quod propter uos apertum eſt, & intrare noluiſtis: Tunc etiam ipſe Chriſtus accuſans peccatores dicet illud, quod Nahum 4. habetur ſcriptum: Reuelabo pudenda tua, & oſtendam egentibus nuditatem tuam, & regnis tuis ignominiam tuam: Ah quàm triſtes & horrore pleni tunc erunt peccatores. Grauiter alibi ſcribit Chryſoſtomus: Dicet autem Chriſtus damnatis, Ego propter uos homo factus ſum, propter uos alligatus & illuſus ſum & cæſus ſum, & crucifixus ſum, ubi tantarum iniuriarum mearum fructus? Ecce precium ſanguinis mei, quem dedi pro redemtione animarum ueſtrarum, ubi eſt ſeruitus ueſtra, quam pro precio ſanguinis mei dediſtis? Ego ſuper gloriam meam uos habui, cùm eſſem Deus apparens homo. Eo nam die fiet uerum quod Apocalypſ. 1. dicitur. Videbit eum oculus, & qui eum pupugerunt, plangent ſuper eum omnes tribus terræ: Ah tunc induratus peccator uidebit & iraſcetur in miſeria, fremet dentibus ſuis & contabeſcet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Decimoquintò, Dei Patris charitas & bonitas, quam toti humano generi declaravit in creatione omnium rerum, & in conſervatione & ſuſtentatione ſingularum creaturarum, quam charitatem etiam toti mundo exhibuit in eo, quòd inprimis toti mundo & omnibus hominibus ſuum filium unigenitum pro omnium ſalute dederat (quia Deum ex viſibilibus creaturis cognoſcere potuiſſent, ut eum glorificaſſent, quod non fecerunt, ideo erunt in illo Iudicio inexcuſabiles Rom. 1.) tunc revelabitur adverſus impios & ingratos, qui eam neglexerunt, & qui divitias bonitatis Dei, lenitatis ac tolerantiæ contemſerunt ignorantes, quòd bonitas Dei ad pœnitentiam ipſos, dum eſſent in vita hac, invitaſſet, ſed quia iuxta duricies ſuas habuerunt hîc corda pœnitere neſcia, collegerunt ſibiipſis iam iram Dei, in illo die iræ, quando ſit iuſtum Iudicium Roman. 2.

Decimoſextò, Spiritus ſanctus qui dictauit Moyſi, Prophetis, Evangeliſtis & Apoſtolis eloquia ſacra, dicta, conſolationes, hiſtorias ſacras, exempla, commonefactiones, quæ extant in ſacris Biblijs, tam multis miraculis confirmatis, & multorum millium martyrum ſanguine obſignatis, & in Eccleſia Dei ſemper coram toto mundo divinitus conſervatis, exprobrabit tunc eis contemtum verbi Divini, prolatis ſacræ Scripturæ teſtimonijs & conſolationibus ab ipſis ironicè de-

nicè deriſis, & obijciet eis quòd magis dilexerint mendacium quàm veritatem, & quod cogitationes & adinventationes ſuas ſint ſecuti (Rom. 1.) & veritati non obtemperaverint: ideo etiam ex hoc veniet ſuper impios ira, indignatio, afflictio & furor Dei.

Decimoſeptimò, Euangelium quod eſt in toto terrarum orbe prædicatum, miraculis confirmatum, quod Iudæis fuit ſcandalum, & gentibus ac Ethnicis ſtulticia, eos iuxta comminationes & teſtimonia Euangelij conſcripti à quatuor Euangeliſtis accuſando damnabit. Ideo ſic ait Chriſtus Iohan. 12. Non veni, ut iudicem mundum, ſed ut ſervem mundum, qui reijcit me nec recipit verba mea, habet qui iudicet ipſum. Sermo quem locutus ſum, ille iudicabit eum in extremo die.

Caput ſecundum, de iudicio extremo timendo propter reddendam rationem.

Reddendam eſſe rationem de ſingulis oſtendit cap. 16. Lucæ Euangeliſtæ de diſpenſatore, qui debebat rationem reddere de villicatione ſua, quod dictum pertinet ad ſingulos in quacunq; vocatione vel officio ſint poſiti, ut quilibet de villicatione ſua, ſive ſit magnus ſive ſit parvus, ſive dives, ſive pauper, nemine excepto, reddat rationem. Cogitet iam quiſpiam, ſi ei concrediti eſſent mille floreni aurei, & ipſi reddenda

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

eſſet ratio coram temporali, interim ſagaci, iuſto, prudenti & ſevero Iudice, quàm cautè, quàm circumſpectè omnia expenderet, quàm ſollicitè ſe ad rationem reddendam de iſtis mille florenis aureis præpararet. Quid igitur nos omnes non faceremus prodituri ad iudicium, ut de ſingulis reddamus rationem nobis commiſſis ad quadrantem uſq; coram Iudice iuſto & angelis eius? In Eccleſiaſte Salomonis cap. 12. legitur: Omne opus Deus adducet in Iudicium propter omne abſconditum, ſive bonum ſit ſive malum &c. Ergo etiam de omni opere erit cuilibet reddenda ratio: Item Ioëlis 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi &c. videlicet ut rationem reddant: Conſideremus quomodo nobis ſingulis ſit ſuum idq; proprium ſibi talentum traditum à Domino, ut cum eo negotiemur, & tandem de eo reddamus rationem, quando venerit Dominus inquiſiturus an aliquid per noſtrum talentum lucrati ſimus Matthæi 25. Ideo Gregorius ait ſuper Euangelia: Ponamus ante oculos noſtros illum tantæ diſtrictionis diem, quo Iudex veniet, & rationem cum ſervis ſuis, quibus talenta tradidit, ponet. Et Petrus ait 1. Petri 1. Dominum iudicare citra perſonarum reſpectum iuxta opus cuiuſq;, & 1. Petri 4. Reddituri ſunt rationem ei, qui paratus eſt ad indicandum vivos & mortuos. Ephrem libro de extremo Iu-

mo Iu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

mo iudicio cap. 4. ait: Non ſunt lachrymæ ibi, non gemitus, quæ Iudicis avertant ſententiam. Non eſt dilatio ulla temporis ad agendam pœnitentiam, non eſt regreſſio poſt exitum ad vitam: Theodoretus ſuper Corinth. In die adventus Domini erit acris & vehemens examinatio. Gregorius ſuper Ezechielem: Venit ille, qui in adventu ſuo elementa concutit, in cuius conſpectu cœlum & terra contremiſcit, ad cuius examen omne humanum genus deducitur. Item: Ibi tunc cuncta ſimul peccata ante oculos redeunt: Item hunc diem vocat Gregorius, diem tremendi examinis: Ille qui iudicaturus venit, exteriora ſimul & interiora iudicat, facta pariter & cogitationes penſat. Cæſarius dicit diem Iudicij diem reddendæ rationis. Beda ait ſuper Marcum: fixa mente retineamus illum retributionis diem, quo illuminabit Dominus abſcondita tenebrarum & manifeſtabit cogitationes cordium. Et ſuper Iob: Principia imperfectarum cogitationum Deo tunc pandenda ſunt atq; clarius luce manifeſtanda. Rabanus ait: Ante tribunal Chriſti ſtabimus rationem redditurі de omnibus actibus & Iudicijs noſtris. Examine futuri & venturi Iudicij omnia diſſipabuntur & ad nihilum redigentur. Theophylactus ſuper Lucam ait: Tunc ſanè ad rationem adiget eos, qui dona acceperunt. Iſidorus ait, quando loquitur de ſummo bono: Qualem quiſq; conſcientiam tulerit, talem & iudicem habebit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Ordine ergo dicemus, de quibus cenſeamus rationem eſſe reddendam, in die illo Iudicij.

Primò de anima. Sic ait Origenes ſuper Iob. Anima quid per unamquamq; diem vel geſſerit vel locuta fuerit vel cogitaverit, omnia proponentur in Iudicio. Anima eſt nobis à Deo data & concredita: Cogitemus iam, quòd ſi quis Monarcharum ſuam dilectiſſimam filiam, quam vellet fieri reginam, fideliter cuſtodiendam alicui ſuorum fidelium commendaret, & iſte eam negligeret, vel nullam huius rationem haberet, nec fideliter cuſtodiret, quis dubitat, quin Rex iſte graviter cum illo expoſtularet, & eum negligentiæ talis reum ageret? Quid igitur non faceret ſummus Monarcha Rex cælorum, qui animam ſingulis concredidit, & eam cuperet ad regna cæleſtia evehere, ſi à nobis negligatur & non probè cuſtodiatur? Deuteronomij 4. dicitur: Cuſtodi temetipſum & animam tuam. Et ſuaviſſimum eſt Auguſtini dictum: Maius eſt damnum in amiſſione unius animæ quàm mille corporum: Et graviter dicit Bernhardus in meditationibus: Totus mundus ad unius animæ precium æſtimari non poteſt. Cur carnem tuam precioſis rebus impinguas & adornas, quam poſt paucos dies vermes comeſturi ſunt in ſepulchro, & animam tuam bonis operibus non decoras, quæ Deo & angelis eius in Iudicio eſt præſentanda. Cur animam vilipendis & ei

carnem

carnem anteponis? Dominam ancillari & ancillam dominari magna abuſio eſt. Idem in lib. de contemtu mundi: Hodie filij hominum curam animæ negligunt, curam autem carnis omni deſiderio perficiunt, neque enim peccare metuunt, ſed puniri. Tu ergo chariſsime noli minus dignum plus diligere magis digno, noli corpus diligere & animam negligere: noli ancillam extollere & Dominam permittere ancillari. Chryſoſtomus, quando de reparatione lapſi ſcribit, ſic ait: Si animam negligamus, nec corpus ſalvare poterimus. Non enim anima pro corpore, ſed corpus pro anima factum eſt. Qui ergo, quod primum eſt, negligit, & ſecundum, quod inferius eſt, extollit & cuſtodit, utrumq; corrumpit. Qui verò ordinem ſervat, & quod primum eſt, colit & cuſtodit, & ſecundum neglexerit, per primi ſalutem ſalvabitur & ſecundum. Si igitur volueris animam tuam ſalvare, & bonam inde Domino rationem reddere, ipſam inſtrue ſcientijs & virtutibus divinis. Primaſius ſuper Roma. ſcribit: Conſcientiæ noſtræ cogitationes erunt in die Iudicij ante oculos noſtros, tanquam hiſtoriæ, agnoſcendæ.

Secundò, reddenda erit ratio nobis omnibus de corpore noſtro, quomodo illud conſervaverimus: Eſt enim caſtrum nobis à Deo traditum. Bernhardus autem ait: Bonum caſtrum cuſtodit, qui corpus ſuum cuſtodit: Quando ergo mortificanda ſit caro per Spiritum ſan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

tum ſanctum & per verbum, & interim multi ſecundùm carnem viuunt in delicijs, ideo reddituri ſunt rationem, quomodo ſecundum carnem vixerint, & opera carnis (Galat. 5.) perfecerint. Ibi fiet apertum, quæ corpora fuerint templa Spiritus ſancti (1. Corint. 6.) & quæ domicilia Diaboli, (Lucæ 11) item quæ contriſtauerint & expulerint Spiritum S. Item qui ex Chriſtianis carnem mortificauerint per verbum, per Spiritum, per preces, per ieiunia, per pia exercitia, per vigilias ſalutares. Inquit utiq; Gregorius: Per abſtinentiam carnis vitia eſſe extinguenda. Et Bernhardus ait: Iugo diſciplinæ inſolentia morum eſt domanda: Quando verò nos laboribus deſtinati ſumus (labores manuum tuarum manducabis) & interim ocio contriuerimus tempus, idq; non bene collocauerimus ad gloriam Dei & Eccleſiæ & proximi utilitatem, videlicet quando corpus noſtrum non habuerit pia exercitia, pios labores, pias meditationes & preces, ſed ſe potius luxuria, vino, faſtu, auaritia, inuidia, odio, iraq; ſatiauerit, tunc demum de toto corpore & de operibus eius erit reddenda ratio: Nam in toto corpore, ſicut in eo operatus eſt quilibet, accipiet mercedem, ut 2. Corint. 5. legitur: Oportet nos omnes manifeſtari coram tribunali Chriſti, ut reportet unuſquiſq; ea quæ fiunt per corpus iuxta id quod fecit, ſiue bonum ſiue malum. Ideo reddenda erit ratio de omnibus

nibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

nibus membris & eorum factis, nempe quòd multa fuerit concupiſcentia in viſu, magna turpitudo in tactu, quòd magis aures declinaverint ſe ſemper ad audiendas vanitates, turpiloquia, ſcurrilia, & impudica potius verba, quàm ad eloquia Dei percipienda & meditanda.

Tertiò, ibi examen fiet, quomodo os impiorum ad calumnias, ad mendacia, ad figmenta, ad turpiloquia fingenda, ad execrationes, peierationes & horribiles imprecationes ſit aſſuefactum, nullas preces protulerit, quomodo nomine Dei, vulnerib. & merito Chriſti in detrimentum proximi abuſum ſit. Ideo ait Chriſtus, in illo die reddendam rationem de omni verbo ocioſo, Matthæi 12. Ibi coarguetur homo, quòd ſe ad preces, gratiarum actiones, laudesq́ divinas piè faciendas, ad veritatem dicendam, ad verbum Dei pronunciandum, & conſolationes, in uſum proximorum proferendas, non præparaverit vel aſſuefecerit.

Quartò, ibi ratio erit de laboribus manuum noſtrarum reddenda: Ibi manifeſtabuntur opera manuum, quæ rapinis, furtis, cædibus, violentijs, pugnis & alijs vitijs ſeſe oblectarunt, quæ etiam eleëmoſynis, pijs exercitijs & iuvandis proximis, aut benefaciendo, aliquam operam poſuerunt.

Quintò, reddenda erit ratio parentibus de liberis ſuis: quia Dominus ait ad Samuelem 1. Regum vel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Samuelis 3. Prædixi Heli, quòd iudicaturus eſſem domum eius in æternum propter iniquitatem, eò quòd noverat indignè agere filios ſuos & non corripuerit eos delinquentes: Qui igitur virga non caſtigarunt & piè erudierunt in diſciplina & timore educantes ſuos liberos (Proverb. 19. & 29. Epheſ. 6. Coloſſ. 3.) illis graviſsima erit ratio reddenda de neglectis liberis, ſicut & tutores reddent rationem de ſuis pupillis, & de eorum bonis.

Sextò, reddent rationem de ſua vocatione paſtores & de ſuis auditoribus, ſicut dicitur Ezechielis 33. Fili hominis conſtitui te ſpeculatorem domui Iſraël: Audiens ergo ex ore meo ſermonem, annunciabis eis ex me. Si me dicente ad impium, impie morte morieris, non fueris locutus, ut ſe cuſtodiat à via ſua, ipſe impius in iniquitate quidem ſua morietur: ſanguinem autem eius de tua manu requiram: Si autem annunciante te ad impium, ut à vijs ſuis convertatur, non fuerit converſus à via ſua, ipſe in iniquitate ſua morietur, porrò tu animam tuam liberaſti. Et cap. 34. Ecce ego ipſe ſuper paſtores & requiram gregem meum de manu eorum: Item Hieremiæ cap. 25. Vlulate paſtores & clamate, aſpergite vos cinere optimates gregis, quia completi ſunt dies veſtri ut interficiamini: Et rurſum cap. 48. Maledictus qui facit opus Domini negligenter: Chriſtus ſcribit per Iohannem Apocalypſ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

pocalypſ. 3. ad angelum Laodicenſis Eccleſiæ : Scio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; fervidus, itaq; incipiam te evomere ex ore meo. Huc applicetur hiſtoria, quæ apud Gregorium Thuronenſem extat, lib. 5. hiſtoriæ ſuæ cap. 5. Tetricus Epiſcopus pius impio Epiſcopo Papello apparuit in ſomnis tetrico vultu ipſum coarguens malæ vitæ, & quòd negligentiſſimè ſuas oves commiſſas paviſſet, imò cum ipſis infideliter egiſſet, ibi excitatus Papellus, ita turbatur, ut mox tertio die ſanguinem evomeret & moreretur. Hæc expendant omnes Paſtores & Eccleſiarum miniſtri, ut ſic ſuam adminiſtrent vocationem, quò aliquando Archipaſtori Chriſto rationem reddant: Diligenter debent circumſpicere paſtores, ne ingruant in gregem lupi rapaces, ſicut monet Paulus Epheſiorum Presbyteros & paſtores Actorum 20. Ibi rationem reddent, an etiam fideliter paverint gregem Chriſti, & eius diligentem curam egerint, non coactè, ſed volentes propenſo animo? an etiam in tali functione turpiter lucrum & divitias affectaverint, vel lucri & bonorum cupidi fuerint? an etiam ſuper gregem dominum exercuerint? an etiam gregis exemplar fuerint 1. Petri 5. an etiam irreprehenſibiles, ſobrij, modeſti, non præfracti, non intractabiles & moroſi, aut vaniloqui, ac iracundi, non percuſſores, ſed iuſti, pij, temperantes, inculpati, tenaces veritatis, potentes exhortari

per ſanam doctrinam, & contradicentes conuincere, an etiam fuerint lenes, mites, vigilantes, hoſpitales, alieni à pugnis, non rixoſi, ſed æqui, placidi, alieni ab auaritia, & apti ad docendum fuerint 1. Timoth. 3. & 2. Timoth 4. Titum 1. De his omnibus cùm venerit Princeps paſtorum verus ille (Iohan. 10. & Pſal. 23.) Paſtor Chriſtus, rationem reddent: faxit ille Archipaſtor, ut tunc ex ipſius gratia reportemus immarceßibilem gloriæ coronam Amen, 1. Petri 5. Idem dicatur de ludimagiſtris.

Septimò, reddent rationem villicationis ſuæ, Reges, Principes, Domini & eorum Satrapæ, Cancellarij, Conſiliarij, Scribæ, Præfecti, Iudices, Magiſtratus, Conſules & Senatores in urbibus, quomodo iuſticiam & æquitatem cunctis adminiſtrauerint, quum dij dicantur (Pſal. 82.) & in medio eorum Deus adſit, an etiam perſonas impiorum ſuſceperint, an etiam viduas, pupillos & miſeros oppreſſerint? an etiam cogitauerint apud ſe, ipſis aliquando reddendam rationem de ſuo iudicio: Sicut Ioſaphat dicebat 2. Paralip. cap. 19. quando Ioſaphat conſtituit Iudices in Regno Iudæ per ſingula loca, & ait ad eos, videte quid faciatis? Non enim hominis exercetis iudicium, ſed Domini, & quodcunq; iudicaueritis, in vos redundabit. Sit timor Domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite: Non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum

ſtrum

ſtrum iniquitas nec perſonarum acceptio, nec cupiditas munerum: Videatur in Daniele capite 13. de Suſanna & malis iudicibus eorumq; pœnis: Conſiderent qui in Magiſtratu poſiti ſunt illa verba, quæ extant Numeri 25. ubi iuſſi ſunt à Domino Principes (videlicet impij) ſuſpendi in patibulis propter peccatum populi: legatur ibi totus textus. Qui igitur peccata populi ſui non correxerunt, qui ſubditis iuſticiam & iudicium non præſtiterunt, qui egenos & pauperes oppreſſos non liberarunt, qui viduas & pupillos non protexerunt, qui multis in ſuis iuſtis cauſis graves & moleſti fuerunt, qui iniquis exactionibus ſubditos expilarunt, & multis varijsq; oneribus ad extremam paupertatem redegerunt, multos iniuria affecerunt, tunc de his omnibus exactam & gravem rationem reddent. Diligant Principes & Magiſtratus pij ſubditos ut filios, iuvent, tueantur, conſolentur & foveant eos ut aves ſuos ſolent pullos. Legant, quæſo, omnes Principes, Heröes, Iudices, Conſiliarij, Præfecti, Conſules, Senatores, Scribæ & quotquot exiſtunt in gubernatione, diligenter caput ſextum libri Sapientiæ, ubi inter alia & hæc verba leguntur: Dominus interrogabit opera veſtra, & cogitationes veſtras ſcrutabitur, quoniam cùm eſſetis miniſtri Regni eius, non rectè iudicaſtis legem iuſticiæ, neq; ſecundùm voluntatem Dei ambulaſtis, Horrendè & citò apparebit vobis, quo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

niam iudicium fiet duriſsimum in his qui præſunt: Item Potentes potenter tormenta patientur: Et rurſum, Fortioribus fortior inſtat cruciatio: Ad vos Reges ſunt hi ſermones mei, ut diſcatis ſapientiam, & ne excidatis. Qui enim cuſtodierint iuſticiam, iuſtè iudicabuntur, & qui didicerint iuſta, invenient, quid reſpondeant.

Octavò, reddent omnes homines rationem de ſuis commiſsis operibus Pſal. 62. Reddes unicuiq; iuxta opera ſua. Paulus Romanorum 14. Unusquiſq; veſtrûm reddet de ſeipſo rationem Deo: Matthæi 16. Filius hominis venturus eſt cum angelis ſuis in gloria Patris, & tunc reddet unicuiq; ſecundùm opus ſuum: Apocalypſ. 20. Et libri aperti ſunt, & iudicati ſunt mortui ex his, quæ ſcripta erant in libris iſtis, ſecundùm opera ipſorum: quomodo unicuiq; reddet ſecundùm opera, vide Rom. 2. Galat. 2. 1. Petri 1. Apocalypſ. 2. & 11. & 22. Epheſ. 6. Illud ſcientes, quòd unusquiſq; quod fecerit boni, hoc reportabit à Deo ſive ſervus fuerit ſive liber. Athanaſius ait in ſuo ſymbolo: Ad adventum Chriſti omnes homines reſurgent cùm corporibus ſuis, & reddituri ſunt de factis proprijs rationem. Baſilius ſuper Pſal. Coram tribunali Chriſti omnibus eſt comparendum, ut regerat unusquiſq; ſive bonum ſive malum quod geſsit in corpore ſuo. Et rurſum: Quando fortè ad aliquod peccatum te videris para-

ris paratum, illud horribile & terribile Chriſti tribunal cogita, in quo iudex in alto ſedebit throno, aſtabitq; omnis creatura eius adventum glorioſum exhorreſcens, rationem geſtorum redditura. Hieronymus contra Ruffinum ait: Unusquiſq; recipiet propria corporis, prout geßit, ſive bona ſive mala. Quòd ſi homines recepturi ſunt pro operibus ſuis, quantò magis & Diabolus, qui omnibus extitit cauſa peccati. Eccleſiaſtes capite ultimo: Cuncta quæ fiunt, adducet Dominus in iudicium, & non ſolùm magna & gravia peccata, ſed etiam, quæ in oculis noſtris videntur modica & quaſi nulla.

Nonò, Ibi etiam ratio reddetur de greßibus & proceßibus noſtris. Iob 13. Obſervaſti omnes greſſus meos, aut ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum tu numeraſti, & cap. 14. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti. Et cap. 34. Oculi eius ſuper vias hominum, & omnes greſſus eius conſiderat. Hieremiæ 32. Domini oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, ut reddat unicuiq; iuxta vias ſuas. Proverbiorum 5. Reſpicit Dominus viam hominis & omnes greſſus eius conſiderat.

Decimò, Reddenda eſt ratio de omnibus verbis otioſis, ſicut ait Chriſtus Matthæi 12. Epheſiorum 5. Omnis ſcortatio & omnis immundicia aut avaritia ne nominetur quidem inter vos aut obſcœnitas, aut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſtultiloquium aut urbanitas, quæ non conveniunt, ſed magis gratiarum actio. Sapientiæ 1. Qui loquitur iniqua, non poterit latere, nec præteriet illum correctionis Iudicium. Ephrem ſcribens de extremo Iudicio ait, reddendam rationem pro omnibus verbis ocioſis. Gregorius in lib. Regum, Otioſa loquentes cogitent, quam metuere culpam ocioſæ locutionis debeant. Haymo ſuper Theſſal. Non tantùm de operibus ſed etiam de ocioſis ſermonibus, & de ſubtiliſſimis cogitationibus ratio fiet & vindicta. Petrus Cantor ait: Quòd ſi de verbo ocioſo reddituri ſumus rationem, quanto magis de ocioſo & de ſuperfluo veſtitu, de ocioſa doctrina & huiuſmodi.

Undecimò, reddenda eſt ratio de vanis cogitationibus, ut modò ex Haymone dictum eſt, Sapientiæ 1. Cogitationibus impij interrogatio erit: ibidem cap. 6. Ipſe cogitationes noſtras ſcrutabitur. Idem Ephrem in ſcripto de extremo iudicio dicit: Et pro verbis dedecoroſis ſinguli iudicium ſument, & tam pro occultis quàm manifeſtis, quæ ab origine mundi vel cogitata vel geſta ſunt rationem ſinguli reddent: Gregorius ſuper Euangel. Ille qui iudicaturus venit, exteriora & interiora iudicat, facta pariter & cogitata penſat. Beda, presbyter venerabilis, ſcribit ſuper Iobem: In iudicio, quando impius damnandus erit, non ſolùm cogitationes cordis eius, verùm etiam principia imper-

fecta-

fectarum cogitationum Deo pandenda ſunt atq; clarius luce manifeſtanda.

Duodecimò, reddenda eſt ratio de tempore inutiliter conſumto. Sine dubio diviti iſti Lucæ 16. reddenda erit ratio de tempore luxui inutiliter impenſo, quia legitur, quòd epulabatur ſplendidè, idq; quotidie: multi quotidie & ſingulis penè horis mala faciunt, & iniqua peragunt, atq; bona multa, quæ in terra agere potuiſſent, negligunt. Unde Syrach in Eccleſiaſt. cap. 17. Numerum dierum & temporum dedit illis Dominus: videlicet ut ipſis ſalubriter ad eius honorem & propriam ſuam ſalutem utamur. Interim quis hoc expendit? imò omnes hoc vilipendunt & tempus inutiliter conſumunt? Ethnici etiam dixerunt: Nulla dies abeat, quin linea ducta ſuperſit. Graviter ergo dixit mellifluus Bernhardus: Nihil precioſius tempore, ſed heu hodie nihil vilius reputatur. Tranſierunt dies ſalutis & nemo recogitat. Nemo ſibi perire diem, & nunquam redituram cauſatur. Sed ſicut non peribit capillus de capite, ita nec momentum de tempore, videlicet de quo ratio non exigetur? Ah quàm devotè hæc expendit beatus Anshelmus ſic ſcribens in ſuis meditationibus: O lignum aridum æternis ignibus dignum, quid enim reſpondebis in illa die, cùm exigetur à te uſq; ad ictum oculi omne tempus vivendi tibi impenſum, qualiter fuerit à te expenſum, &c. Re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Etè ergo dicit Sapiens Eccleſ. 4. Fili conſerva tempus.

Decimotertiò, reddet quoq; rationem quilibet de omnibus donis ſibi à Deo collatis, ut ſunt ſanitas, viſus, auditus, loquela, intellectus, ratio, memoria, ingenium, eloquentia, pronunciatio, odoratus, tactus, proceſſus, ingreſſus, artificia manuum, Artes liberales, cognitio linguarum: deinde multis dominus dedit & conceßit agros, iugera, paſcua, prata, ſylvas, campos, villas: multos in eminentia conſtituit, quibus molem gubernationis tribuit, & ex ipſis multis conceßit Regna, Principatus, Ducatus, Comitatus, Dominia, Urbes, Vicos, Pagos, Præfecturas & alia dona, ut magnas divitias, eminentes honores & dignitates eximias: Sic multi de ſua fortitudine, alij de ſua pulchritudine, nonnulli de ſua alacritate, velocitate & agilitate reddent rationem, an his donis rectè uſi ſint, vel abuſi?

Decimoquartò, reddenda erit ratio non ſolùm de malis commißis, ſed etiam de bonis prætermißis: Ideo graviter dixit Chriſtus, ſe hanc ſententiam pronunciaturum ijs qui ad ſiniſtram in die Iudicij poſiti ſunt (Matthæi 25.) Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolis & angelis eius, Eſurivi & non dediſtis mihi cibum, &c. legatur ibi textus: fuit etiam una ex præcipuis cauſis, quare divites epu-

ves epulo nullum ex guttula aquæ conſequeretur refrigerium, cùm ex eius menſæ micis pauper Lazarus nihil potuerit impetrare. Si igitur dives propterea luit pœnas, quòd nihil dederit pauperi, & nihil tamen rapuit. Quid igitur raptoribus, violatoribus, ſpoliatoribus & bona aliorum, nulla iuſta de cauſa, ſed vi, potentia, fortitudine, aut dolo & praxi adſe trahentibus accidet? Quid illis eveniet, qui falſis menſuris, falſis ponderibus, falſa moneta, falſis modijs, falſis cantharis, malis mercibus decipiunt proximos, & eorum ſudores, pecuniam & precium ſibi furtim aſsignant, aut clàm bona proximi furantur? Ibi fiet examen per omnia decem præcepta, quomodo ſinguli ea tranſgreſsi ſint, & quid quiſq; in unumquodq; præceptum factis, dictis & cogitationibus, etiam ſingulis momentis commiſerit, hoc revelabitur, ut de ijs ratio reddatur, cur hoc fecerit? Quòd verò talis ſit reddenda ratio, indicant dicta Scripturæ, quæ loquuntur de libris aperiundis in Iudicio, ut Danielis 7. 4. Eſdræ 6. & videatur iu Apocalypſi cap. 21.

Decimoquintò, reddenda erit ratio de omnibus occultis, quia in illo iudicio & coram tali Iudice nihil poteſt occultari. Eccleſiaſtes cap. 12. Deus omne abſconditum in iudicium adducet: Pſal. 33. Dominus de cœlo reſpexit, vidit omnes filios hominum, qui finxit ſigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

corum 2. Paralip. 6. Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. Syrach cap. 39. Opera omnis carnis coram illo ſunt, & non eſt quicquam abſconditum ab oculis eius: Item antea cap. 23. Oculi Domini multò ſunt lucidiores Sole, circumſpicientes omnes vias hominum & profunda abyßi & hominum corda intuentes uſq; ad abſconditas partes. Paulus ait 1. Corinth. 4. Qui me iudicat Dominus eſt, proinde ne ante tempus iudicetis, donec veniat Dominus, qui & illuſtraturus eſt occulta tenebrarum, & patefaciet conſilia cordium. Gregorius ſuper Iob: Veniet, veniet ille dies, nec longè eſt, in quo paſtorum Paſtor appareat & uniuscuiuſq; facta in publicum deducat. Beda ait ſuper Marcum & ſuper Lucam: Dominus illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit cogitationes cordium.

Theophylactus ſuper Lucam, Nihil ita occultum eſt, quod non revelabitur. Omnia enim & verba & cogitationes nudæ ante iudicium in ſupremo illo die apparebunt. Anshelmus ſuper Romanos, Iudex omnium Chriſtus natura & maieſtate cunctis eminentior, introſpicit corda & conſcientias ſingulorum ac manifeſtabit occulta: Item, Neq; enim ſi quis maligna mente atq; impia cogitatione blaſphemet & id nullis membris corporis operetur, ideo non erit reus, imò maximè reus erit. Innocentius ſuper Pſal. Pœnitential.

In iu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

In iudicio reuelabuntur, & manifeſta fient occulta cordium, & aperta erunt abſcondita tenebrarum.

Quando ergo Dominus dicit Apocalypſ. 3. Ecce ergo (Chriſtus) venio citò, quod repetitur ibidem ultimo cap. & Marci 13. Vigilate, neſcitis enim quando Dominus veniet, ergo quilibet vigilet, oret, ſe præparet, imò ſe examinet, & hoc unum agat, ut ſemper veram (in Chriſtum) fidem & bonam conſcientiam retineat, ut hoc cuilibet accidat quod Syrach ait: Ante iudicium temetipſum interroga, & in conſpectu Dei invenies propitiationem.

Tertium caput, de extremo Iudicio meritò exhorreſcendo propter gravem, veram & iuſtam ſententiam, hoc eſt, extremam Iudicis veri & iuſti deciſionem, determinationem & pronunciationem in tremendo illo Iudicio aperiundam.

In hoc Iudicio nullus erit reſpectus perſonarum, omnes Cæſares, Reges, Principes, Comites, Domini, Nobiles, Satrapæ, Cancellarij, Conſiliarij, Præfecti, Iudices, Conſules, Senatores, Tribuni, Cives, Patresfamilias, Ruſtici, Famuli, Ancillæ, Servi, Senes, Viri, Iuvenes, Adoleſcentes ſunt ibi æquales, in eodem gradu & ſtatu, atq; iudicabuntur abſq; reſpectu ullius perſonæ omnes & ſinguli pariter. Sapientiæ 6. Non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, qui eſt omnium Dominator, nec verebitur magnitudinẽ cuiuſquam, quoniam puſillum & magnum ipſe fecit & æqualiter cura eſt illi de omnibus: Pſalm. 9. Dominus iudicabit orbem terræ in iuſticia, iudicabit Dominus populos in rectitudine. Neq; etiam ullæ excuſationes ibi poterunt prætendi, aut ulla munera æquiſsimo iudici offerri. Ezechielis 7. Argentum & aurum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Idem Sophoniæ 1. repetitur. Romanorum 2. Colligis tibiipſi iram in die iræ, quo patefiet iuſtum Iudicium Dei. Item mox, Ventura eſt ira, indignatio, afflictio & anxietas adverſus omnem animam hominis perpetrantis malum, Iudæi primùm ſimul & Græci: Gloria verò & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm, ſimul & Græco. Non enim eſt perſonarum reſpectus apud Deum: Petrus fatetur Actorum 10. coram Cornelio. Nullam eſſe coram Deo acceptationem perſonarum, Item Paulus Actorum 17. ait: orbem terrarum iudicatum iri cum iuſticia: Petrus inquit 1. Pet. 1. Patrem citra perſonarum reſpectum iudicare iuxta cuiuſque opus: idem dicitur, Galat. 2. Coloſſ. 3. Et expreſſè dicit idem Apoſtolus Paulus Epheſ. 6. Illud ſcientes, quòd unusquiſq; quod fecerit boni, hoc reportabit à Deo, ſive ſervus fuerit, ſive liber. Ephrem loquens de Iudicio. Non ſunt ibi lachrymæ, neq; gemitus Iudicis aver-

avertentes ſententiam. Non eſt ibi ulla dilatio temporis ad agendam pœnitentiam, non eſt regreßio ad vitam.

Hieronymus ſuper Matthæum: Sive comedam, ſive bibam ſive quid aliud faciam, ſemper inſonare videtur auribus meis illa terribilis tuba: Surgite mortui, venite ad iudicium, quia quoties illum diem cogito, toto pectore contremiſco. Alibi ait Ambroſius: O anima, nunquam excidat è memoria tua, Ite maledicti in ignem æternum, item venite benedicti, percipite regnum Dei, O quid poteſt lamentabilius & terribilius cogitari quàm, Ite maledicti in ignem æternum? Et quid poteſt delectabilius cogitari, quàm venite benedicti, percipite regnum: Duæ voces, quarum nihil terribilius una, & nihil iucundius altera inveniri poteſt. Theodulus ſuper Roman. ſcribit: Hic quidem, in mundo nimirum non eſt iudicium ſecundùm veritatem, multi namq́ rei evadunt & pleriq́ inſontes condemnantur. Illic autem apud Deum eſt ſecundùm veritatem.

Chryſoſt. in concionibus de Lazaro. Non illic opus erit teſtibus, neq́ probationibus neq́ ſignis, verùm ipſa per ſe res tales, quales eas geßimus, ante oculos noſtros apparebunt.

Proſper in libro de vita contemplativa, Age, cùm ad illius iudicium pervenerimus, ab eo Iudice iu-

dicandi,

dicandi, qui nec falli occultatione criminum poteſt, nec ad impunitatem promerendam, muneris alicuius oblatione corrumpi, cùm cœperint omnium ſecreta reuelari, & non ſolùm actus & verba, ſed etiam ipſæ cogitationes oſtendi, quid faciemus ſub tanti Iudicis maieſtate? quid excuſationis obtendere ibi tenemus? Hincmarus ad alium Hincmarum ſcribens ait: Habe ſemper ante mentis oculos, quàm terribilis Iudex noſter in conſilijs ſuper filios hominum, & quàm diſtrictus ad iudicandum veniet, quando, inquam, veniet, nos iudicaturus de cogitationibus, verbis & actibus noſtris? Qui præueniendus nobis eſt in confeßione, & plorandum ante eum, qui fecit nos. Attendendum eſt enim, quæ nobis verecundia tunc erit in conſpectu totius humani generis, omniumq́ virtutum cæleſtium confundi, & poſt confuſionem, quæ nos pœna ſequetur?

Gregorius inquit, Quæ mens erit hominis Iudicis æterni præſentiam non formidans? Ibi enim omnia peccata tunc ante oculos ſimul redeunt: Ibi cuncta, quæ cum dilectatione acta ſunt, cum pudore ad memoriam reuocantur? Idem, O quàm anguſtæ erunt undiq; viæ reprobis. Superius erit Iudex iratus, Inferius, horrendum chaos, à dextris peccata accuſantia, à ſiniſtris infinita dæmonia ad infernum trahentia: Intus conſcientia urens, Extra mundus ardens. Miſer pec-

ſer peccator, quò ibit? & ſic deprehenſus quò fugiet? Latere enim erit impoßibile, apparere intolerabile. Hoc etiam repetit beatus Anshelmus in lib. de ſimilitudinibus.

Bernhardus ait, Væ mihi miſero, cum venerit dies illa Iudicij & aperti fuerint libri illi, ex quibus omnes reatus mei & cogitationes Domino præſente recitabuntur? Item, Quid tam pavidum, quid tam plenum vehementißimæ ſolicitudinis excogitari poteſt, quàm iudicandus aſtare coram illo tam terrifico tribunali, ſub tam diſtricto Iudice expectare ſententiam? Idem in meditationibus. Quid putas tunc erit? quis luctus, quæ triſticia? cùm ſeparabuntur impij à conſortio iuſtorum, & à viſione Dei, & traditi in poteſtatem Dæmonum ibunt cum ipſis in ignem æternum, ibiq́ erunt ſine fine in luctu & gemitu?

Legitur in vitis Patrum, quendam devotum ſenem ſemper dixiſſe: Tres res timeo, primam, quando anima mea egreſſura eſt de corpore meo, ſecunda, quando occurſura eſt ipſi Deo, tertia verò, quando definitivam ſententiam in die Iudicij auditura erit. Item alius quiſpiam dixit, O ſuavißimum Chriſti eloquium & acceptißimum verbum, & dulcißima Chriſti vox: Venite benedicti. Ah horrendißimum, omnium terribilißimum dictum, ah amarißima ſententia Iudicis, Diſcedite à me impij ad ignem æternum:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

num: O dulcis pronunciatio Chriſti, Venite? O aſperrima ſententia. Ite? Bernhardus ſic eſt aliquando locutus: Cùm recordor moriturus, terret terror me venturus, Quem expecto non ſecurus, terret dies me terroris, dies iræ & furoris, dies luctus & mœroris, dies ultrix peccatoris. Idem: Nudi ſtabunt ante tribunal Chriſti, ut audiant vocem Iudicij, qui obturârunt aurem ſuam ad vocem conſilij: Quid enim loquitur Deus, Agite, inquit, pœnitentiam, multi tamen diſſimulant, multi continent aures ſuas, & dicunt, durus eſt hic ſermo. Non ſic impij, non ſic, tunc intonabit eis durus ſermo, verbum aſperum cùm pronunciatum fuerit, Ite maledicti in ignem æternum: Quid ergo dicent, in die illa terribili, in die iræ, in die tribulationis, in die calamitatis & miſeriæ miſeri peccatores iam damnati, cùm viderint ſanctos ad regnum vocari, atq; ſemetipſos ad mortis ſupplicia æternaliter deſtinari?

Certè nihil aliud dicent, quàm quod Sapientiæ quinto capite legitur: quod legat lector pius & cordatus. Tunc multi obmuteſcent in die Iudicij, cum illo, qui non habebat veſtem nuptialem: & fiet magna piorum & impiorum, bonorum & malorum ſeparatio. Rectè ait Iob cap. 3. Quid faciam, cùm ſurrexerit ad iudicandum Deus, & cùm quæſierit, quid reſpondebo? Ergo eſt horrida, horrenda & terribilis Iudicij

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

dicij extremi ſententia per ſemetipſam, deinde propter ſeparationem & collocationem malorum ad ſiniſtram partem, tertiò quòd ſeiungentur & abducentur poſt latam ſententiam, à Deo, à Chriſto, ab angelis, à beatis in infernum, quartò quòd ſubijciantur cruciandi Dæmonibus in æternum. Alibi ait Auguſtinus: Reprobi mallent omne tormentum ſuſtinere, quàm faciem irati Iudicis videre: Imò Chryſoſtomus dicit in quodam loco: Ego multò graviores, quàm Gehennam, dico eſſe cruciatus, removeri à Deo, & abijci ab illa gloria (cæleſti) nec puto acerbiora eſſe in gehenna ſupplicia quàm Dei gloria privari. O qualis ſeparatio, ô quàm gravis & amara tunc diviſio cuiuſlibet peccatoris à facie Domini taliter indignantis & horribiliter dicentis: Neſcio vos, fiet? O tunc lata ſententia, eò magis formidabilis eſt & timenda, quòd ea non ſolùm corpus dijudicat, ſed etiam ipſam animam condemnat: Talis ſententia profertur ab omnium iuſtißimo, pijßimo, ſapientißimo & circumſpectißimo Iudice, qui non poterit falli, nec muneribus corrumpi, cui etiã omnia cognita ſunt, & nihil poteſt ei eſſe ignotum. Ibi non valebunt ullæ exceptiones, nulla proferentur producta, nullæ ibi fient temporis dilationes & prorogationes: Tunc magnatibus nihil proderit eorum amplitudo & dignitas, tunc potentes in hoc mundo, potentia nulla ſervabit, tunc divitibus

nihil proderit divitiarum copia, ſapientibus non ſuccurret in illo die ipſorum prudentia, fortes nullum tuebitur robur. Hic iudex noviſsimus, qui nulla exceptione, nullis effugijs, nullis blanditijs, nullis muneribus poteſt mutari, ſed totum orbem terrarum iudicat in iuſticia & omnes populos in æquitate, qui tunc precibus non flectitur, lachrymis non mitigatur, ſingultibus non commovetur, qui nulla ratione poteſt placari, aut nullis medijs reconciliari, qui nullius veretur potentiam, nec alicuius reſpicit perſonam, nullius curat divitias, nullius conſiderat ſapientiam, nec reſpicit alicuius robur, omnes iudicabit iuxta facta eorum rectè & iuſtè: Et ſanè huic Iudici nemo poteſt reſiſtere, ſed omnes oportet coram illo generaliter, nemine excepto, comparere, & ſententiam Iudicis ſive velint, ſive nolint in conſpectu angelorum expectare: tunc ſingulorum impiorum ignominia revelabitur & ab omnibus videbitur eorum opprobrium. Neq; enim ibi locus erit malignantibus, ut ſe occultent, aut abſcondant, etſi optent, ut montes operiant eos, & colles abſcondant Apocalypſ. 6. tamen prodire ipſos oportet: Deniq; nullus erit ibi impijs locus, aut aliquod ſpacium ad maiorem iudicem appellandi, quia erit iudicium extremum & maiorem iudicem non invenient. Tunc apparebit dolus ſeculi, falſitas mundi, divitiarum vilitas, bonorum temporalium nullitas, Ah quàm erit tunc carni

amarum, habuiſſe mundum ſibi charum? Ibi nec Angeli, nec ſancti intercedent pro impijs, ſed iuſti Iudicis ſententiam magis confirmabunt: tunc enim deſiit miſericordia, ſed omnia fient in tam iuſto Iudicio diſtricte ſecundùm iuſticiam. Rectè ergo ait Bernhardus, Labora diligenter illuc deferre iuſticiam, ubi nullam invenire poteris miſericordiam. Videmus in hoc mundo Scholaſticos, qui vel petulantiam exercuerunt, vel lectionem non probè didicerunt, quanto tremore, quali timore, quàm magna anxietate expectent examen præceptoris, & correctionem ſubſecuturam timeant: Quanto magis decet nos quotidie cogitare de hoc futuro examine horrendo: Ibi Dominus Ieſus Chriſtus, qui nunc in hoc ſeculo erga omnes ſe p̃bet ut agnum, apparebit, ut leo rugiens crudelis, irritatus & commotus. Tanta tunc erit Iudicis ſeveritas, ut hoc nullis, hoc tempore, verbis exprimi, nec ulla ratione aut mente excogitari poßit: Omnia iudicia, ab initio mundi uſq; ad hunc extremum diem, huic collata Iudici ſunt tanquam ſtillicidia vel ſcintillæ, reſpectu furoris Domini, quem in hoc iudicio exercebit. Graviter loquitur Gregorius ſcribens de Thoma Ioannis 20. Fratres vitam veſtram moresq; componite, & is, qui mitis ſurrexit à mortuis, quàm diſtrictus ſit futurus in iudicio prævidete. Certè in die tremendi examinis ſui cum Angelis & Archangelis, cum Thronis

& Dominationibus, cum Principatibus & poteſtatibus apparebit, cœlis & terris ardentibus cunctisq; elementis æſtuantibus & in nihilum ſolvendis, aut in obſequij Iudicis terrorem commotis. Hunc ergò tanti Pavoris Iudicem ante oculos veſtros ponite, hunc venturum timete, ut hunc venturum non timidi, ſed ſecuri videatis. Timendus eſt ergo, modò ne tunc timeatur. Terror eius ad uſum bonæ actionis nos exerceat, metus illius vitam noſtram à pravitate compeſcat. Certè ſi aliquis veſtrûm cum ſuo adverſario cauſam dicturus in Iudicio die craſtina eſſet exhibendus, totam fortaſſe noctem inſomnem duceret, quid ſibi dici poſſet, quid obiectionibus reſponderet, ſolicita & æſtuanti mente verſaret, Si Iudicem inveniret, aſperum vehementer metueret, & ſi noxius appareret, valdè formidaret: Et quis ego aut quid ego? nimirum non longè futurus poſt hominem vermis, poſt vermem pulvis. Si ergò tanta cura pertimeſcit iudicium pulveris, qua intentione cogitandum erit, qua formidine prævidendum erit Iudicium tantæ maieſtatis? &c. Videmus quotidie in facinoroſis, qui ſententiam mortis accipient, in quanto hæreant tremore, quàm magnis curis ſint gravati ante acceptam ſententiam? imò quàm ſæpè cogitent, utinam aliquid effugij, excuſationis & defenſionis invenire poſſem, aut ſi nulla vel excuſatio vel defenſio parata eſt, ſæpè ſecum ex-

cum expendunt, & ſine intermiſſione conſiderant cum gemitu, utinam tam felix eſſem, ut mihi aliquis daretur patronus & interceſſor, qui me liberaret ex iudicio? Et nos de hoc futuro Iudicio nouiſſimo rarò aut nunquam cogitamus? Si fuerint in iudicio condemnati ad mortem, ah quàm pauidè, quanto animi cruciatu audiunt ſententiam Iudicis, ah quanto tremore, quanta conſcientiæ anxietate ad locum ſupplicij ducuntur: quid igitur in illo Iudicio fiet? Hìc aliqui ex facinoroſis cum altero latrone agunt pœnitentiam, petunt à Chriſto ueniam, & ab eo uitam optant, libenter ferentes propter facinora, debitam pœnam. Sed in illo Iudicio nulla eſt amplius pœnitentia reſidua. Hæc cogitemus, hæc ruminemus, hæc expendamus ſingulis momentis. Quare omnibus diebus uitæ noſtræ, imò ſingulis horis, quando uigilamus, excitati ex ſomnis quando ſurgimus, quando lectum petimus, quando edimus, quando bibimus, quando laboramus, cogitemus Iudicium Domini inſtare, in quo nos apparere oportet: expendamus quòd ibi à plurimis nos multorum peccatorum nomine accuſabimur: conſideremus quòd in eo Iudicio rationem de ſingulis ſimus redditur: diligenter meditemur Sententiam ibi ſemel latam, ſemper manere ratam.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Caput quartum, Quínam ſint iudicandi, & qui non ſint iudicandi?

Illos dicit colligendos Chriſtus ab angelis, qui faciunt iniquitatem, & in caminum ignis eijciendos, Matthæi 13. Iohannis 3. Qui non credunt in filium Dei (Ieſum Chriſtum) ſuper illos manet ira Dei, Ergo damnantur & paulò ante, Qui non credit (in filium Dei Ieſum Chriſtum) condemnatus eſt, quia non credidit in nomen unigeniti filij Dei. Hæc eſt autem condemnatio, quòd lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum opera mala. Omnis enim qui mala agit, odit lucem. Ergo damnantur qui in tenebris peccatorum ſuorum manent: Spiritus ſanctus enim arguit mundum de peccato, quòd non credant in Chriſtum filium Dei, & de iuſticia videlicet Phariſaica, quia per paßionem & mortem vadit ad Patrem, impetrans nobis veram iuſticiam Iohan. 16. quam mundus non agnoſcit. Ideò non credentes verè in Chriſtum, damnantur, ut dicitur Marci ultimo. Qui non crediderit condemnabitur. Iudas in ſua Epiſtola: Faciet iudicium adverſus omnes, qui ſunt impij de factis omnibus, quæ impiè perpetrarunt, deq; omnibus duris, quæ locuti ſunt adverſus Dominum peccatores impij, hoc eſt, non pœnitentes. 1. Ioannis 5. Qui non habet filium Dei (in fide) non habet vitam, Ergo damnatus eſt.

Apoca.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Apocalyp. 21. Timidis, incredulis, execratis, homicidis, formicatoribus, veneſicis, idololatris & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti igni & ſulphure, &c. Ergo illi qui in his delictis perſeverant, nec citò pœnitentiam agunt, damnantur: Romanorum 2. His qui ſunt contentioſi, & qui veritati non obtemperant, ſed obtemperant iniuſticiæ, ventura eſt indignatio, ira, afflictio & anxietas adverſus omnem animam hominis perpetrantis malum. Ergo qui perpetrant peccatum, hoc eſt, deſtinata malicia faciunt peccatum ex toto corde, ex omnibus ſenſibus & membris, & in eo perſeverant, non veram agentes pœnitentiam, damnantur. 2. Theſſal. 1. Iuſtum eſt apud Deum reddere his, qui vos affligunt afflictionem, item, Chriſtus revelatus de cœlo, cum angelis potentiæ ſuæ, cum incendio flammæ, infliget ultionem his, qui non noverunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti Rom. 14. Omne quod non eſt ex fide (hoc eſt, vera cognitione Chriſti) eſt peccatum, Hebræorum 11. Nemo poteſt Deo placere abſq; fide, hoc eſt, extra Chriſtum & eius veram cognitionem. Ideo omnes Turcæ, Rußi, Iudæi, Ethnici, Gentiles & quotquot ſunt Idololatræ Chriſtum filium Dei ignorantes damnantur: ita damnantur omnes in Papatu, qui Chriſti Evangelio non obediunt, ſicut etiam & alij hæretici Evangelio Chriſti non obedi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

entes damnantur, dum contra Evangelij doctrinam pravas in Christi Eccleſiam introducunt opiniones & hæreſes. Rom. 8. Qui ſecundùm carnem vixerunt moriuntur. Item, Niſi Spiritu mortificaveritis opera carnis, non vivetis 1. Corinth. 6. An neſcitis quòd iniuſti regnum Dei non conſequentur, ne erretis, neq; ſcortatores, neq; cultores ſimulachrorum, neq; adulteri, neq; molles, neq; qui concumbunt cum maſculis, neq; fures, neq; maledici, neq; ebrioſi, neq; raptores regnum Dei poßidebunt, Ergo damanantur: Galatas 5. Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt adulterium, ſcortatio, immundicia, laſcivia, ſimulachrorum cultus, veneficium, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, concertationes, ſeditiones, ſectæ, invidiæ, cædes, ebrietates, commeſſationes & his ſimilia, de quibus prædixi vobis & prædico, quòd qui talia agunt regni Dei hæredes non erunt. Hebræorum 13. Scortatores & adulteros iudicabit Dominus. Hæc omnia dicta ſunt de impijs & incredulis, atq; peccata malo ſtudio perpetrantibus & in peccatis contra conſcientiam hærentibus, hoc eſt, de ijs dictum, in quibus regnat peccatum Rom. 8. Iam etiam dicendum erit de ingratis & ſecuris Chriſtianis non grata mente Chriſti beneficia amplectentibus, ſed vel cum novem leproſis deficientibus Lucæ 17. vel in ſceleribus perſeverantibus, qui habent formam pietatis, ſed vim eius abnegant: ſicut etiam quinq;

virgines

virgines fatuæ habebant quidem lampades apud ſe, ſed nihil olei in ipſis, ideo his clauſa eſt ianua, & dictum: Neſcio vos Matthæi 25. Qui beneficia Domini in oblivionem tradunt & conſervos malè tractant Matthæi 18. & 23. Item Chriſtus ait Lucæ 12. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Item ignavi, qui talentis ipſis concreditis à Domino non lucrantur. Videamus de falſis Prophetis Matthæi 7. Non omnes qui dicunt Domine, Domine, ſed qui faciunt voluntatem Patris mei, qui eſt in cælis: multi dicent in illo die, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus & multas virtutes fecimus, per nomen tuum dæmonia eiecimus, At tum confitebor illis nunquam novi vos, diſcedite à me qui operamini iniquitatem, hoc eſt de ijs dictum, qui vel in falſa doctrina, vel in horrendis peccatis perſeverant: Ita etiam ingrati Chriſtiani, qui non grata mente Chriſtum in ſuis membris, diſcipulis, miſeris & pauperibus excipiunt, nec eos cibant nec potant, nec veſtiunt, qui eos non hoſpitio excipiunt, non conſolantur Matthæi 25. Item omnes Epicuri, omnes Saducæi nullam credentes reſurrectionem Matthæi 22. Et Actorum 4. & 17. damnantur: omnes deridentes Chriſtianam Religionem, & illam ſuſcipere nolentes proijciuntur in ſtagnum: Sic confidentes propriæ iuſticiæ, ut Phariſæi Matthæi 5. Lucæ 18. Impij doctores damnantur.

tur. Matthæi 23. Væ nobis Phariſæi, Blaſphemi Matthæi 12. Divites lucrones non iuvantes pauperes Lucæ 12. & 16. crapulæ, ebrietati, & curis huiuſmundi dediti, non orantes, non vigilantes Lucæ 21. contemtores verbi Dei, & perſecutores miniſtrorum eius. Matthæi 22. Lucæ 14 iudicabuntur.

Iam dicamus etiam de ijs, qui non debeant iudicari Matth. 10. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, eum confitebor coram meo Patre cæleſti Iohannis 3. Qui credit in Filium Dei, non iudicatur Matth. 16. Tu es Chriſtus Filius Dei vivi, & reſpondet Chriſtus Petro Hoc tibi caro & ſanguis non reuelabit, ſed Pater meus in cælis, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, atq; portæ inferorum non prævalebunt adverſus hanc (fidem) Ergo illi non iudicantur. Iohannis 20. Hæc autem ſcripta ſunt, ut credatis, quòd Ieſus ſit Chriſtus filius Dei, & credentes in eum, per hanc fidem, habeatis vitam æternam in eo. Marci ultimo Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvabitur. 1. Petri 2. Qui crediderit in illo Chriſto, non pudefiet. 1. Iohannis 5. Et hoc eſt teſtimonium, quòd vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in filio eius eſt. 2. Theſſal 1. Cùm venerit Dominus, ut glorificetur in ſanctis ſuis, & admirandus fiat in omnibus credentibus: Iohannis 3. Si non renati fuerimus per aquam & Spiritum, non intrabimus in

mus in regnum Dei, ergo renati per aquam & Spiritum S intrant regnum Dei & non iudicantur Pſal. 2. Cùm exarſerit brevi ira eius, beati qui confidunt in eo. Beda ſic ait: Homo non habens ſpem in Chriſto, ſicut & gentes, quæ ignorant Deum, cùm mortuus fuerit, non renatus per Baptiſmum, vita hac etiam deſtitutus, & præſenti delectatione nudatus & conſumtus interitu, ſine dubio ſententiam æternæ damnationis excipiet &c ſuper Iob: Ergo qui ſpem habent in Chriſtum non iudicantur.

Haymo ſuper Theſſal. eos qui mortui ſunt in fide paßionis Chriſti, non iudicari dicit.

Remigius ait ſuper Pſal Iudex (Chriſtus) videbitur terribilis, qui viſus eſt (hìc) contemtibilis, Demonſtrabit in iudicio potentiam, qui oſtendit in cruce patientiam: Nemo poteſt ſalvari aut iuſtificari ex ſuis operibus, ut ait David Pſal. 143. Ne intres in iudicium cum ſervo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens: Et Pſal. 130. Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit, aut ſubſiſtet? Rectè ergo ait Iob cap. 9. Verè ſcio, quòd ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo compoſitus Deo. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere unum pro mille: Et mox, Si repentè interroget, quis reſpondebit eos? vel quis dicere poteſt, cur ita facis? Quantus ſum ego ut reſpondeam ei, & loquar ver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

bis meis cum eo? Quin etiam ſi habuero aliquid iuſtum non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor. Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit, Si innocentem me oſtendero, pravum me condemnabit: Verebar omnia opera mea: Sic quoq; ait Eſaias cap. 64. nos omnes eſſe immundos & omnes noſtras iuſticias eſſe quaſi pannum menſtruatæ. Cùm ergo Chriſtus dicat, noſtram iuſticiam magis abundare debere, quàm eſt Phariſæorum & Scribarum Matthæi 5. & interim non habitat in carne noſtra bonum Pſal. 38. & Rom. 7. Auguſtinus dicat lib. 9. confeſſionum, Væ etiam laudabili vitæ hominum, ſi remota miſericordia diſcutias eam. Quid igitur faciendum, ut in die Iudicij iuſti reperiamur? Hoc docet Eſaias cap. 53. Servus meus iuſtus per cognitionem ſui iuſtificabit multos: Et ait David, Recordabor iuſticiæ tuæ ſolius. Et Petrus ait Actorum 4. Non eſt in alio quoquam ſalus, quàm in hoc ſolo Chriſto: nec eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri, quàm nomen Chriſti Ieſu: & cap. 10. Huic omnes Prophetæ dant teſtimonium, quòd remiſſionem peccatorum accepturus ſit per nomen eius, quiſquis crediderit in ipſum Chriſtum filium Dei. Ideo cùm nos non ſumus iuſti, & ne unus quidem Rom. 3. ideo cùm iuſtificemur gratis per Dei Patris gratiam, per redemtionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propo-

ſuit Deus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſuit Deus reconciliatorem per fidem interveniente eius ſanguine ad oſtenſionem iuſticiæ ſuæ &c. Ideo iuſtificati per fidem Chriſti (Roman. 5.) pacem habemus erga Deum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. 1. Corinth. cap. 1. Chriſtus factus eſt nobis à Deo ſapientia, iuſticia, ſanctificatio & redemptio, & cap. 6. Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, & iuſtificati eſtis per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, & per ſpiritum Dei noſtri. Ergo per Chriſtum & eius nomen iuſtificati, non iudicantur in die Iudicij.

De tertio Noviſsimo, videlicet de Inferno, pœnis infernalibus & diabolorum Tyrannide.

Vivi & in hac vita conſtituti ſemper orabunt, ne in infernum præcipitentur: Sic orat David Pſal. 28. Ad te Domine clamabo petra mea, ne ſileas à me, ne quando taces tu à me, ſimilis fiam deſcendentibus in lacum: ne ſimul tradas me cum impijs. Domine deduxiſti meam animam ab inferno, vivificaſti me à deſcendentibus in lacum: Et Pſal. 49. quando de inferno, & quòd in eo impij poſiti ſint tanquam oves, ubi eos mors depaſcat, ubi in æternum non videbunt lumen, loquutus eſſet, ait: Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferni, quoniam ſuſcipiet me, Sela. Item Pſal. 86. Miſericordia tua magna eſt

ſuper

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſuper me, & eruiſti animam meam ex inferno inferiori: Pſal. 143. Velociter exaudi me, deficit ſpiritus meus. Non abſcondas faciem tuam à me, ne ſimilis fiam deſcendentibus in foveam. Ideo rectè canit Eccleſia in cantico Nativitatis Chriſti: Ein Kindelein ſo löbelich etc. Ey du ſüſſer Jeſu Chriſt / daß du Menſch geboren biſt/behüt vns für der Helle. *Omnes namq; homines expendant hos duos verſus:*

Heu dolor, ô pœna, vah deſolatio plena
Omni tormento, ſuper hoc homo corde memento.

Graviter ergo dicit Petrus Cantor: Contremiſco à dẽtibus beſtiæ infernalis, à ventre inferni, à rugientibus leonibus. Horreo vermem rodentem, ignem comburentem & torrentem, fumum & vaporem, ſulphurem & ſpiritum procellarum, tenebras exteriores. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, ut præveniam fletibus fletum, & ſtridorem dentium, manum, pedumq; dura vincula, & pondus catenarum prementium, ſtringentium, urentium, nec conſumentium? Dicitur Infernus, ſicut Numeri 16. legitur, quòd Chore, Abyron, & Dathan cum ſuis vivi deſcenderint in infernum. Et Pſal. 9. Convertantur impij in infernum. Pſal. 55. Deſcendant in infernum viventes. Eſaias ait cap. 5. Quòd infernus dilataverit animam ſuam & aperuerit os ſuum abſq; ullo termino: Ibi regnabit mors æterna ut ait Da-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ait David Pſal. 49 Sicut oves in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet eos, uſq; in æternum non videbunt lumen. Et Iob ſcribit cap. 10. Infernum terram tenebroſam & apertam mortis caligine, terram miſeriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Pſal. 10 Pluet ſuper peccatores, ignis, laqueus ignis, ſulphur & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum: Eſaiæ cap. ultimo, Vermis eorum non morietur.

De inferno teſtatur Chriſtus apud Evangeliſtas Lucæ 10. quomodo Capernaum uſq; in infernum deſcendet, & Lucæ 16. Dives in inferno ſepultus eſt: Utitur etiam voce Gehenna, ut Matthæi 10. Timete eum potius, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam: Idem dicitur Lucæ 12. Fuit Gehenna locus vel vallis in tribu Beniamin ab impijs poſſeſſa, in qua filij parentum vivi immolabantur Dæmonio Moloch, & vocatur vallis filiorum Hinnon: Poſtea & Iſraëlitæ ad eum gentilem ritum defecerunt, ſicut de Achar ſcriptum extat 2. Paral. 28. Vocatur etiam is locus Tophet à tympanis, quæ pulſabantur, ne eiulatus puerorum exaudiretur. Abijt ita in conſuetudinem, ut vulgari loquendi modo Gehenna, pro loco ac tormentis perpetuò in damnatione futuris deputato, acciperetur, & ſic à Chriſto uſurpatur, ut Matthæi 5. & 23. Marci 9. Chriſtus etiam Infernum vocat caminum

minum ignis, aut ignem æternum, Matthæi 13. 18. & 25. Dicitur etiam ignis inexſtinguibilis, Matthæi 3. Marci 9. Lucæ 3. Et illum ignem æternum & inexſtinguibilem credamus non tantùm ſpiritualem, ſed etiam corporalem, cùm tam ſæpè loquatur Chriſtus de hoc igni, ut Matthæi 3. Lucæ 3. Marci 1. dicit Ioannes Paleas: comburet igni inexſtinguibili: & Marci 9. dicitur, Bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inexſtinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, & ignis non exſtinguitur: ideo ſunt ibi pœnæ perpetuæ, nō cum aliquo temperamento mixtæ, ſed ad ſummum maximæ, & in ſummo gradu horrendiſsimæ & in exceſſu maximo abundantes. Item nominatur ſupplicium ſempiternum, Matth. 25. deinde appellatur perditio. Matthæi 7. Spacioſa eſt via ad perditionem: vocatur quoq; Infernus, Tenebræ exteriores, Matthæi 8. 22. & 25. Et quidem tenebræ ibi erunt denſiſsimæ: Iam conſideremus apud nos ipſos, quàm horrendum & quàm moleſtum ſit hîc perpaucos dies ſedere in tenebris, quod exemplum Ægyptiorum (Exodi cap. 10.) demonſtrat ſedentium in tenebris palpabilibus. Deinde dicitur Abyſſus Lucæ 8. & Apocalypſ. 9. Iohannes Baptiſta vocat venturam iram. Matthæi 3. Ibi erit maledictorum diſceſsio à filio Dei & beatis Matthæi 25. atq; ſocietas cum diabolis &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

bolis & angelis Sathanæ, ibidem & Apocalypſ. 20. Inferni pœna dicitur fletus & ſtridor dentium Matth. 8. 13. 22. & 25. & Lucæ 13. Ibidem dicitur (videlicet Matthæi 22.) ligari damnatos pedibus & manibus, adeò ut in nullo quicquam poſſint, aut in minimo refragari & reſiſtere queant.

Conſideremus etiam in inferno eſſe torturam perpetuam, ut ipſi Dæmones fatentur Matthæi 8. item 18. cap. legitur de tortoribus. Petrus 1. Petri 3. appellat infernum carcerem, & idem dicit 2. Petri 3. ubi etiam Tartarum appellat ſicut infernum tenebroſum.

Conſideremus & expendamus, quàm grave, quàm tædioſum ſit vinctis hîc aliquandiu ſedere in carceribus, ubi poſtea à carnificibus miſerè torqueantur & lacerentur, quod quidem aſpectu horrendum eſt, quàm verò intolerabile erit ijs, qui ita diſtrahuntur membratim? multò erit intolerabilius damnatis, ita perpetuò torqueri à diabolis abſq; intermiſſione: nam hîc fatigantur carnifices mortales, ſicut in hiſtorijs Martyrum legitur, ſed ibi diaboli ſunt tortores abſq; ulla fatigatione, ſunt, inquam, indefeſſi carnifices: hinc dicit lib. 3. in Eccleſiaſten Rabanus. Homo qui peccatis vivebat, ſi ſe ab ab eis non correxerit, atque à delictis non cohibuerit, morte mulctatur æterna, ubi ſerpentem antiquum & beſtias diabolicas ſentiet ſe punire tortores, nec iam ſpem habet evaſionis, cùm

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

nulla requies illi datur continua doloris. Et Anshelmus ſcribit ſuper Evangel. Quiſquis ſemel traditus fuerit irrevocabiliter crudelibus angelis, (quorum officium eſt reprobos torquere) nunquam ulterius valet debitum reddere, quia non poteſt per pœnitentiam & bona opera, quod malè geßit, emendare, & propterea ſemper pœnas ſuſtinere.

Iudas in Epiſtola vocat ignem æternum: Paulus vocat inferni pœnas, confuſionem Rom. 2. 1. Corinth. 4. Ibi erunt corpora impiorum deformia & vaſa ignominioſa 2. Timoth. 2.

In inferno reipſa ſentient iram Dei, Apocalypſ. 6. & 17. & Rom. 2. Epheſ. 5. & Coloſſ. 3. 1. Theſſal. 1. 2. Pet. 3. Rom. 9. Item 1. Theſſ. 5 dicitur eorum finis, interitus: ideo pœna infernalis dicitur interitus & perditio 2. Theſſal. 1. 1. Timoth. 6. Hebræor. 10.

Ibi erit afflictio & anxietas (perpetua) Rom. 2. Ibi erunt tormenta & cruciatus (perpetui) in ſtagno ignis & ſulphuris Apocalypſ. 14. & 20. 2. Theſſal. 1. Ibi erit planctus & fletus Apocalypſ. 1. Iacob. 5. Multi ex veteribus compararunt huic materiali igni ita ignem illum inexſtinguibilem & æternum, ut ſicut hic ignis confertur picto ad parietem igni, ſic cenſent comparandum ignem infernalem ad hunc materialem & temporalem ignem eſſe. Quanta ergo ſit illa vis ignis æterni, perpetui & inextinguibilis, inde facilè po-

teſt col-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

teſt colligi: Noſter hic ignis materia vel ligno, vel ceſpitibus, vel carbonibus fovetur, & deficiente tali materia deficit etiam hic ignis & extinguitur, at iſte ignis ut nec deficiet, ita etiam non extinguetur, ſed in perpetuum durabit, ergo etiam longè gravior, longè acerbior, longè efficacior erit quàm noſter ignis, & vicies uret magis: Fuit magna parentum Tyrannis, offerentium ſuos liberos Deo Moloch per ignem, & ne lamentationes puerorum exaudirentur, huiuſmodi querelæ tympanis ſupprimebantur vel ſuffocabantur. At maior erit, eaq́ perpetua, Tyrannis Diabolorum omnes impios perpetuò torquentium, & nulla erga ullum miſericordiæ movebuntur Diaboli iſti. Dicitur etiam caminus ignis, iam fornax aut caminus igne incenſus, quia in ſe omnem calorem retinet, eſt longè calidior quàm aliquis communis ignis: Sic Danielis tertiò legitur, quòd præciperet Rex Nabuchadneſar, ut fornax (in quam conijci deberent tres iſti confeſſores veri Dei) ſeptuplum, quàm ſuccendi conſueverat, ſuccenderetur, ideo etiam ibidem legitur, quòd fornax fuerit ſuccenſa nimis, adeò ut viros illos fortes, qui ſanctos illos miſerunt in fornacem, interficeret, vel ſaltem corrumperet ita, ut planè deficerent: Quantò ergo magis ille perpetuus ignis caminus vel fornax non ſepties, ſed ſeptuageſies ſepties incenſa ardebit & uret impios, ſed non exuret? Ideo ut nullus vidit oculus, nec

lus, nec ulla auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ Deus præparaverit electis ſuis, ita ille cruciatus infernalis nulla voce poteſt exprimi, nulla cogitatione indagari, nullo viſu comprehendi. Ideo conſideremus hîc pœnarum varietatem, & cruciatus multiplices ac infinitas in inferno. Nam ibi erit ardor ignis, ibi erunt extremæ tenebræ, ibi erit ſtridor dentium (ſtridor dentium venit vel ex nimio frigore, vel ex paroxyſmo febris) ibi durabit ira Dei ſuper impios perpetuò & in ſempiternum, ibi erit profunditas abyſſi, ibi erit perpetuus fletus, horror, anxietas & dolor ſuper dolorem: ibi (inquam) erit calor inexplicabilis, & rurſum frigus immenſum: Ibi erit continua triſticia abſq; refrigerio & perpetuus mæror abſq; conſolatione.

De hoc igne ſcribit Tertullianus libro de Pœnitentia: Montes perpetuò ignem eiaculantes, teſtimonium dicunt, quanti ſunt ignes æternæ damnationis futuri. Tales ſunt montes in Sicilia mons Æthna. Item in Iſlandia mons Heckelenfelt, quales ſunt in Hibernia, & alibi. Baſilius: Exteriores tenebræ omninò innuunt eſſe aliquas interiores: idem dicit & Hieronymus. Auguſtinus in ſpeculo peccatoris, Tunc & horribilia patebunt loca pœnarum, chaos & caligo tenebrarum, horror miſeriæ & tribulationis, tremor & timor anguſtiæ & confuſionis, dolor horrendæ viſionis, tre-

nis, tremor tremendæ manſionis, locus flentium, ubi ſtridor dentium, ubi morſus vermium, ubi clamor dolentium, ubi luctus gementium, ubi eſt vox clamantium peccatorum & dicentium, Væ væ nobis filijs Evæ? Idem ſuper Geneſin. Infernus eſt incorporeus, ſubſtantia ſpiritualis corpori ſimilis, cuius pœna tantò eſt intolerabilior, quantò ſpiritus corpore eſt ſubtilior. Item de baptiſmo contra Donatiſtas, Pro diſparibus ponderibus peccatorum, erunt diſparia tormenta pœnarum: & ad Iulianum. Verè diabolo præparata eſt gehenna & omnibus operibus hominum, ſi faciamus opera Diaboli, væ ijs, quibus præparatur dolor vermium, ardor flammæ, ſitis ſine extinctu, fletus & ſtridor dentium, oculorum lachrymæ, tenebræ exteriores ſine luce, pœna inexterminabilis, ubi non eſt ullus honor ſive agnitio proximi, ſed continuus dolor & gemitus: ubi mors optatur & non dabitur, ubi non eſt honor Senioris nec Regis, nec Dominus ſuper ſervum, nec mater diligit filium aut filiam, nec filius honorat patrem, ubi omne malum & omnis indignatio & fœtor & amaritudo. Idem de triplici habitaculo, Lacus inferni plenus eſt tenebrarum, diſcordiæ, odij, ſtulticiæ, miſeriæ, turpitudinis, amaritudinis, offenſionis, doloris, aduſtionis, ſitis, famis, ignis inexſtinguibilis, triſticiæ, vindictæ perennis & omnis ineffabilis mali, quod nec dici nec cogitari poteſt. Et mox,

Satiat

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſatiat iuſtos viſio ſanctorum hominum & angelorum, & ſuper omnia ipſius Dei: Cruciat impios & peccatores viſio hominum damnatorum & dæmonum, & ſuper omnia ipſius Diaboli. Nihil in regno Dei deſideratur, quod nõ inueniatur, at in inferno nihil invenitur, quod deſideratur. Idem in ſermonibus, Propterea ignis inextinguibilis dicitur non ſolùm, quia ipſe non exſtinguitur, ſed quia nec eos, quos ſuſceperit, extinguet aut perimet. Proſper quando ſcribit de vita contemplativa: Fletus & ſtridor dentium acerrimos eorum dolores oſtendunt: Ibi damnatorum continuus erit gemitus, cruciatus æternus, dolor ſummus, pœnalis ſenſus, torquent animas, nec extorquent, puniunt corpora damnata, nec finiunt. Fortunatus Poëta:

Cogentur minimi quadrantem ſolvere nummi,
  Nemo pedem removet, quò ſua culpa trahit.
Vivunt ad pœnas æterno ardente camino
  Ut cruciet graviùs mors mala non moritur.
Spe vacui paleæ ſimiles mittentur in ignes,
  Paſcendis flammis fit caro noſtra cibus.
Nec feſſis recreent animas longo igne crematas,
  Porrigit heu nullas flammiger amnis aquas.

Caſsiodorus ſuper Pſalmos ait: Iſte ignis (infernalis) ſic abſumit, ut ſervet: ſic ſervat, ut cruciet, dabiturq́ miſeris vita immortalis & pœna ſervatrix. Gregorius ſuper libros Regum: In inferno nulla inveniri

poterunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

poterunt conſilia ſalutis: & ſuper Iobum: Vmbra mortis eſt obſcuritas diviſionis, quia damnatus quiſq; cùm æterno igne ſuccenditur, ab interno lumine tenebratur. Gehenna quamvis cuncta una ſit, non tamen cunctos una eademq; qualitate ſuccendit: Quid? multis in inferno continua eſt triſticia & mæror ſine conſolatione.

Rabanus ait: Dominus ipſe dicit vermem & ignem inextinguibilem, vermem dicit, In verme putredinem gehennæ, ſicut in igne ardorem dicit, per vermem ſignificat ſeram ſcelerum pœnitentiam, qua nunquam in tormentis conſcientiam afflictorum mordere ceſſabit, ut ignis ſit extrinſecus ſæviens vermis dolor interius accuſans. Ibidem: Ibi ſit miſeris mors ſine morte, finis ſine fine, defunctus ſine defuncto.

Ansbertus ſuper Apocalypſin ait: Erunt in inferno innumera tormenta, quia quæcunq; mala poſſunt eſſe, (vel dici) nil de his, damnatis deerit.

Anshelmus ſuper Matthæum: Poſiti in pœnis Deum non videbunt, quamvis ſit præſens.

Petrus Cantor ſic ſcribit: Homines puniuntur in membris, in quibus peccarunt. Alium credas in genitalibus uri, alium in lingua, alium in palato, alij oculos erui, alij pedes truncari & vinciri & huiuſmodi: Patrem involare in filios, eis exprobrare ſe cauſa eorum peccatorem & fœneratorem extitiſſe, & primò

in eos inſurgere, vultus eorum dentibus & unguibus lacerare, & è contrario filios inſurgere in patrem, eiq́ſub dialogo exprobrare, illam materiam dediſſe ſibi rapinæ & detentionis rei alienæ: Item parata ſunt deriſoribus, contemnentibus divina mandata, iudicia damnationis, & mallei percutientes ſtultorum corporibus, quia ut ferrum, ita etiam in incude & malleis verberabuntur & percutientur, &c.

Sine dubio ibi parentibus maledicent, & diris eos devovebunt liberi, expuentq́ in illos, ipſis exprobrantes, quòd ab eis ad veram pietatem non ſint aſſuefacti, ſed malè educati, non à via mala revocati.

Hugo Eterianus: Sicut unus Sol hîc non omnia corpora æqualiter calefacit: ita illic unus ignis animas pro qualitate criminum diſsimiliter exurit.

Bonaventura ſcribit: Infernus non eſt habitatio Dei, ſed Dæmonum, ipſa namq́ habitatio loco gaudij habet remorſum conſcientiæ, loco lucis habet tenebras ignorantiæ, loco amoris ordinati, habet ignem concupiſcentiæ.

Innocentius ait in Sermonibus: Damnatorum reſtis ex tribus funibus contexitur, qui ſunt, obſcuritas tenebrarum, acerbitas pœnarum & diuturnitas miſeriarum. Item: Poſt mortem incomparabiliter maiores erunt miſeriæ in inferno, quàm ſunt ante mortem in mundo. Item, Vindicta carnis impij vermis & ignis; Uterq́ duplex, interior & exterior. Interior qui

rodit & urit cor, exterior qui rodit & urit corpus. Affliget memoria, ſera turbabit pœnitentia, torquebit anguſtia. Pœnæ infernales ſecundùm diverſa peccata ſunt diverſæ, 1. eſt ignis, 2 frigus, 3. fletus, 4. ſtridor, Fletus propter fumum, ſtridor propter frigus, 5. Fœtor. 6. vermes indeficientes 7. mallei percutientes. 8. tenebræ palpabiles interiores & exteriores. 9. confuſio peccatorum. 10. Horribilis viſio Dæmonum, qui videbuntur excuſsione ſcintillarum de igne deſcendentium. 11. Ignitæ catenæ, quibus impij ſingulis conſtringentur, prima eſt concupiſcentium, ſecunda malitioſorum, tertia luxurioſorum, quarta invidorum, quinta eorum, qui in hoc ſeculo per flagella crucis non ſunt caſtigati, quia tentaverunt & acerbaverunt Dominum: ſexta eorum, qui in tenebris ambulantes ad lumen verum ſz. Chriſtum venire contemſerunt, ſeptima confitentium quidem peccata (ut fecit Iudas) ſua, ſed pœnitentiam veram contemnentium: octava illorum qui in hoc ſeculo libenter vident mala & faciunt: nona iſtorum qui per ſingula vitia ſunt defluxi, qui ambulant in deſiderijs ſuis, & eunt poſt concupiſcentias ſuas: decima contemnentium Deum ipſum & eius verbum, nec credentium reſurrectionem mortuorum. Idem ſic ſcribit: Eſt apud inferos ſumma tenebrarum obſcuritas, immenſa pœnarum acerbitas, infinita miſeriarum calamitas: Singula

membra pro ſuis peccatis propria ſuſtinebunt tormenta, ut in eo puniantur, in quo peccaverunt. Tantam in pœnis reprobi tolerabunt anguſtiam, ut vix aliquid cogitare valebunt præter pœnas: Erit tanta in reprobis oblivio, tanta cæcitas animi, tanta confuſio rationis, ut rarò aut nunquam ad cogitandum quicquam de Deo poßint aſſurgere, ne dum ad confitendum valeant aſpirare. Hæc Innocentius ſuper Pſalmos pœnitentiales. Bonaventura in diæta: Pœnæ reproborum erunt acerbißimæ & intolerabiles. In Scriptura novem pœnæ infernales inveniuntur. 1. Pœna eſt, ignis. 2. Vermis, Ignis ardebit carnem, vermis ardebit mentem Eſaiæ ultimo. Vermis eorum non morietur & ignis non extinguetur. 3. Pœna eſt fœtor. Pſal. Ignis ſulphur & ſpiritus procellarum pars calicis eorum, id eſt, pœnæ eorum. 4. Frigus, idq́ probat ex Iobo cap. 24. 5. Fames maxima. Eſaiæ 45. Ibi enim tanta eſt inopia, quòd neq́ guttam aquæ poterunt habere, ut apparet ex hiſtoria divitis Lucæ 16. 6. Tortura vel potius tortores Matthæi 18. 7. Horror Hiob. 9. 8. Tenebræ, in quibus incarcerabuntur & ligabuntur reprobi. Matthæi 22. 9. Pœna, & quaſi principalis erit, dolor, quia in illis pœnis non ſolùm erit acerbitas, ſed contrarietas, idq́ ex Gregorio: deinde quatuor ſunt cauſæ doloris, prima eſt, quia amiſerunt bona temporalia huius mundi, idq́ probat ex Pſal. ſecunda cauſa,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

cauſa, quia tempus perdiderunt Hieremiæ 1. Damnati enim darent (ſi poſſent) totum mundum pro uno momento temporis ſi poſſent habere ad pœnitendum: tertia cauſa eſt, quia viſionem & gloriam Dei perdiderunt, unde dicit Chryſoſt. quòd omnes gehennæ cruciatus ſunt carentia viſionis Dei. Quarta cauſa eſt, quia inferni vilitatem & miſeriam acquiſiverunt: Eſt enim locus infernalis, tenebroſus & pernicioſus, quod erit maxima pœna divitibus & hominibus voluptuoſis & magnatibus, quia in vita habuerunt domos ſine fumo, ibi erit fumus continuus, Eſaiæ 45. Præterea ibi erit pœnarum diuturnitas, pœnæ infernales erunt diuturnæ, imò ſempiternæ, quod probat ex Eſaiæ 33. & Matthæi 25. item ex Gregorio: Sunt quidam dicere volentes, quòd in inferno univerſæ partes corporis & animæ poſt diem iudicij erunt in igne, quod probat ex Matthæo. Nunc autem videmus, quòd homo non poſſet ſine magno tormento ignem in parte unius digiti ſuſtinere per unam horam: quantus ergo dolor erit, quando totus homo ardebit igne, & tamen nec exuretur vel peribit? Verùm pœna huius vitæ brevis eſt, lenis eſt & levis ac ſæpè fructuoſa (videlicet ut probentur electi) ſed pœna inferni erit longiſsima, rigidiſsima, graviſsima & infructuoſa, quia etſi damnatus tantum emitteret lachrymarum, quantum eſt aquæ in mari, non ſufficeret ad

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

lavandam maculam, unius peccati mortalis: Et in Breviloquio: Affligentur eodem igne corporali quia cremabit & affliget Spiritus, nec tamen corpora illa conſumet, ſed ſemper affliget, alios plus, alios minus. Huiuſmodi afflictioni ignis coniuncta erit pœna vermis & carentia viſionis Dei, ita quod in his pœnis erit varietas & cum varietate acerbitas, & cum acerbitate interminabilitas, ut ad reproborum ſupplicium fumus aſcendat in ſecula ſeculorum.

Thomas Aquinas ſcribit: Damnati in inferno exiſtentes, poſt diem iudicij memores erunt gloriæ ſanctorum, quam ante iudicium & in iudicio viderunt, & ſic cognoſcent eos eſſe in maxima gloria, quamvis non videant ipſos beatos nec gloriam eorum, & ita invidia torquebuntur: Et ſic afflictio, quæ eſt in eis nunc ex tali viſione, manebit iam illa viſione ſublata: De quo etiam magis dolebunt videntes ſe etiam viſione Sanctorum indignos reputatos: Item damnati invidia ſtimulante vellent ſuos propinquos, cum omnibus alijs eſſe damnatos, & dolebunt, ſi ſciunt eſſe aliquos ſalvatos. Sed tametſi non omnes debent ſalvari, ſed aliqui ſalvari, magis vellent ſuos propinquos quàm alios à damnatione liberari (vide Lucæ 16. de divite) Quia in hoc etiam invidia torquebuntur, ſi videant ſalvari alios & ſuos damnari. Item maxima pœna erit, hominem à

beati-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

beatitudine excludi, &c. Hæc omnes cordati, hæc omnes pij, hæc omnes ad beatitudinẽ aſpirantes & qui infernales pœnas vitare cupiunt, conſiderent, expendant & obſervent, ut in vera fide, bona conſciẽtia & certa ſpe perſeverent & in Chriſto & per Chriſtum ab inferno & infernalib. pœnis perpetuò liberentur, Amen.

Quid multa? Intueamur & trutinando meditemur.

1. Inferni pœnas eſſe perpetuas, & veteres aliquando adduxerunt ſimile de acervo arenæ uſq; adeò cumulato, ut ad cœlum uſq; tantum iſtius cacumen ſe extenderet, & interim ad ſingulos mille annos inde una aliqua avicula unum granum arenæ auferret, tamen poſt millia multa millium annorum demum ſperandus eſſet aliquis aliquando finis, ſed hîc erunt & manebunt pœnæ infernales in æternum ſine fine, & in ſecula ſeculorum ſine termino. Dicitur enim, Finiti ad infinitum nulla proportio.

2. Videamus ipſas pœnas eſſe acerbiſſimas, & omnium maximas.

3. Conſideremus numerum pœnarum infinitum & explicabilem.

4. Ignem intueamur perpetuò ardentem.

5. Vermem ſemper rodentem, id eſt, in corde perpetuum pavorem & extremam anxietatẽ in anima.

6. Perpetuum frigus cum ſtridore dentium.

7. Perpe-

7. *Perpetuum fletum, ſitim & famem inexplicabilem.*
8. *Illa perpetuitas ſemper eſt, erit & manebit quaſi primùm inchoata: quia nihil ſpei damnatis unquam reliquum erit, imò ut omni conſolatione, ita etiam omni liberationis ſpe deſtituuntur in æternum.*
9. *Semper obſervemus vocem Perpetui,* Ewig iſt lang/ vnd bleibet lange jmmer vnd alle wege ohne auffhören.
10. *Ibi erunt in infimo abyſſo perpetuæ immerſiones.*
11. *Ibi ſempiterni rugitus, gemitus, clamores & eiulatus erunt & manebunt.*
12. *Separatio & diſtractio impiorum à Chriſto, ab angelis, à fidelibus ſemper perpendatur,* Ach das were ja beſſer niemals ſein geboren/ als alſo ſeyn verloren.

Graviter monet Chryſoſtomus loquens de reparatione lapſi: Dic, ait, quanta tempora luxuriæ, quæ deliciarum ſpacia comparari vis pœnis æternis: Centum ſi placet annis delicijs demus, adde & alios centum, adde & decies centum, quæ erit ex his ad æternitatem compenſatio? Nonne omne tempus vitæ huius, quo delicijs frui videmur & indulgere libidini, quaſi noctis unius ſomnium ad æternitatis comparationem videtur. Eſt igitur aliquis, qui ut una nocte delectabile videat ſomnium, æternas eligat ſubire pœnas, & illud

illud pro his recipere, vel pro illis iſtud commutare? Quid dicemus ad repoſitas pœnas? quid dicemus ad hoc, quòd deliciæ velut vmbra tranſeunt, pœnæ verò infernales permanent: Etiam ſi æquale tempus & idem ſpacium delicijs eſſet poſitum & pœnæ, eſſetne ita aliquis ſtultus & demens, vt eligeret pro una die deliciarum, unum diem ſubire pœnarum, cùm ſoleat dolor unius horæ & quilibet corporis cruciatus in oblivionem mittere præteritum tempus in voluptate tranſactum. Hæc ille. Ah mi frater, ah pie lector cogitemus, ô æternum nunquam finem habiturum corporis & animæ tàm grande ſupplicium? O mortis ſecundæ & perpetuæ indicibile tormentum? Non poteſt verbis exprimi, nec intellectu concipi, nec corde comprehendi, aut viſu percipi, quantos cruciatus impij & reprobi ſuſtinere debeant in inferno.

Obſervetur craſſa ſimilitudo aliquando à quodam Eremita pronunciata: Nutrix aut mater volens ablactare, vel à dulcedine lactis abſtrahere infantem, illinit ubera ſinapi vel alia amara herba, cùm igitur amarum illud guſtat infans, ſtatim renuit infans mamillas & contemnit vel reſpuit dulcedinem lactis materni, ita nos coniũgamus amaritudinem inferni perpetuã oblectationibus huius mundi, & procul dubiò retrahemur ab iſtis, hoc eſt, perpetuò ob oculos verſentur hæ pœnæ, & expendantur in corde,

& tunc facile his meditationibus adducemur à mundi delicijs & peccatis gravibus.

Caput ſecundum de nominibus Diabolorum.

Exhorreſcamus quòd impij & reprobi ſemper debeant Diabolis coniungi, illos intueri, eorum torturæ ſubijci, iſtorum ſarcaſmos ſine intermiſsione ſuſtineer, illorum regno includi, iſtorum poteſtati ſubdi.

Ut autem hæc advivum uſq; depingamus, conſiderabimus nomina Diabolis in ſacris literis indita: Non enim titulótenus tribuuntur horrenda nomina malis ſpiritibus, ſed revera, ut nomina cum rebus ipſis iſti maligni ſpiritus obtineant & hoc abundanter & revera præſtent, quòd nomina exprimunt. Dicitur malus ille ſpiritus ſerpens, Gen. 3. Apocalypſ. 12. ſerpens antiquus, quia venenum in impios expuent mortiferum ſemper Diaboli, & ſibilando ipſis nocebunt, coram primis parentibus pervertit verbum Dei impudentiſsimè: Ita impudentiſsime agitabit impios ſibi traditos: Dicuntur Dæmones & Dæmonia. Levitici 17. Deut: 32. Pſal: 106. 1. Corinth. 10. 1. Timoth. 4. Apocalypſ. 9. Tobiæ 8. Baruch. 4. Matthæi 4. 7. 8. 9. 12. 15. 17. Marci 16. Dæmones nomen habent à ſcientia, quia nihil inter reprobos, vagantibus illis, latere poterit in inferno.

Sathan

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Sathan adverſarius 3. Regum 5. Zach. 3. Iob. 1. Pſal. 109. Lucæ 10. 12. & 22. Matt. 4. 12. 16. Marci 1. 3. 4. 8. Actorum 5. 26. Apoca. 2. Romano. 16. Corinth. 5. & alibi. Videamus in hiſtoria Iobis, qui ſaltem ad exiguum tempus vexandus ei tradebatur, quàm immaniter ipſum & ſuos tractaverit, quid igitur non faciet ijs, qui ei ſemper vexandi traditi ſunt? Deus bone, quanta eos tyrannide excipiet?

Diabolus Habacuc 3. Matth. 4. Marc. 1. Lucæ 4. 1. Corinth. 7. 1. Theſſal. 3. Ioh. 13. qui impios ſemper calumniabitur infinitis convitijs & ſarcaſmis.

Spiritus mendax 3. Regum 22. Ah quomodo agitat Saulum, ut requiem non habeat, ſicut nec Iudas habuit? Ideo iſte in gladio, hic in laqueo ſolamen quærebat, Ah Deus bone quomodo illos exagitabit, quos in ſuo regno & poteſtate habet ſibi ſervatos? certè ita quidem, ut ne ad momentum requiem habituri ſint.

Spiritus malus, 1. Reg. 18. & 19.

Spiritus peßimus Iudicum 9.

Spiritus nequam 1. Regum 16. Ideo dicitur malus, peßimus, nequã, quia peßima quæq; ut ſummus & nequam tyrannus (ab initio eſt homicida Iohan 8.) tentabit in impios abſq; intermißione.

Spiritus immundus Zachariæ 13. Matthæi 10 & 12. Lucæ 6. 9. & 11. Marci 3. & 9. quia omnes impios ſua ſordicie conſpurcabit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Spiritus fornicationis Hoſeæ 4. nam fornicatores immundos valdè malè tractabit in illo ſuo regno.

Aſmodæus Tobiæ 3. qui adulteros atrociter vexabit.

Legio, quia multi ſunt Diaboli, Marci 5. Luc. 8.

Tentator, Matthæi 4. 13. 25. Lucæ 4. 8.

Beelzebub Princeps Dæmoniorum Matthæi 10. & 12. Marci 3. Luc. 11. Fuit eius nominis Idolum Arcaron urbis Philiſtinorum: 2. Regum, dicitur princeps aut magiſter vel dominus Muſcarum, Ein groſſe Hummel. *Sicut muſcæ volatu ſuo oberrant circa homines & quando poſſunt pungunt eos, ita oberrat copia Diabolorum circa nos omnes, & pungit quando poterit: Imo in inferno punget impios perpetuò ſuis aculeis abſq; ullo impedimento.*

Malus πονηρὸς *ſimpliciter Matthæi 13. & ibidem inimicus, quia hoſtium more nos hîc hoſtiliter adoritur, premit & inſequitur, extremaq; mala ille malignus tentat: Quid igitur non faciet illis, qui iam in eius tanquam tortoris manus traditi ſunt? quæ non mala eaq; extrema non tentabit in illos? Fortis armatus Matthæi 12. Lucæ 11. Marci 3. propter potentiam, quam exercebit in damnatos truculenter admodùm Princeps mundi Iohannis 12. 14. 16. Quanta ergò fortitudine dominabitur ſuper reprobos. Si enim hîc occupato homine, mira potentia ad atrocia ſce-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

cia ſcelera impellit ſenſusq́ ligat, ne ſint ad vſus neceſſarios idonei, vel abutitur ijs pro ſua libidine: quomodo ergò ſæviet in impios in ſuam poteſtatem traditos, confundet illorum ſenſus, torquebit corpus, terrebit animam, idq́ perpetuò.

Spiritus Pythonis Actorum 16. & 19.

Principatus poteſtates, Spirituales aſtutiæ Epheſ. 6.

Mundi Domini, Rectores tenebrarum. Ibidem ex cap. 2.

Ah quàm atrociter reprobos prement pro ſua poteſtate & infinita tyrannide, quaſi aſtutè ad eos torquendos, vexandos progredientur, quomodo eos in confuſione tenebrarum regent virga ferrea? Leo rugiens. Pſal. 91. 1. Petri 5. Quis non contremeſcit ad aſpectum leonis alicuius alibi ei in ſylva occurrentis? Quàm iracundè circumvagatur leo famelicus, ut quærat alia animalia, & ea diſcerpat & devoret? Legatur ſextum caput Danielis, quomodo viri illi qui accuſarunt Danielem, cum liberis & uxoribus proiecti ſint in lacum leonum, & cùm vix ad dimidium pervenirent pavimenti, quomodo arripuerint eos Leones, & omnia oſſa eorum contriverint? Ah conterent Diaboli omnium reproborum oſſa, & tamen nunquam in nihilum redigentur.

Draco Apocalypſ. 12. imò Draco magnus: ruffus

ille Draco venenatus, horribilis, terribilis aſpectu, qui ſuo ſpiritu, ſuis dentibus, ſuis ungulis & ſua potentia trucidabit, peſſundabit, & veneno efficaciſſimo inflammabit reprobos, & venenum vehementiſſimum ſibilando in eos perpetuò inſpirabit, & fœtore ſuo inficiet, ita tamen ut nunquam moriantur.

Non fruſtra quoq; dicitur Iobis 40. Behemoth à vaſtitate, Ein groß vngehewr Thier *& ibidem dicitur Leviathan,* Ein gros Walfiſch im Meere / ſo die Schiffe vmb wirfft. *Dicit etiam Iob cap. ſequenti, de tantis beſtijs, Reputabit quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum æs. Non fugabit eum vir ſagittarius, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ. Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum & deridebit vibrantem haſtam? Adeo eſt potens, ut nullis externis armis expugnari poſſit: quomodo ergò tracturus ſit reprobos omnibus armis carentes & legatos pedibus ac manibus, inde facilè pius lector colliget? Sic dicitur Abbadon* Ein verderber. *Apocalypſ. 9. Aſmodeus quaſi deletor & perditor Tobiæ 3. quia omnia perdet, delebit, confundet in magna confuſione. Si enim homines mille modis hîc infeſtat, affligit, & vexat, eos obſidet & occupat, ſenſusq; eorum præcludit aut omninò tollit, aut eorum vi abutitur in his terris ante Iudicium, ut Matthæi 8, duo dæmoniaci erant ſævi*

nimis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

nimis, idq́ ſupra modum, ita ut nemo poſſet tranſire per viam illam: Matthæi 9. offertur Chriſto Dæmoniacus, cui erat ligata lingua, ut loqui non poſſet. Matthæi 12. Exhibetur ei homo dæmonium habens, qui fecerat eum cæcum & mutum, Marci 5. Homo ſpiritui obnoxius immundo domicilium habebat in monumentis, & neq; catenis quiſquam poterat eum ligare & eius compedes eſſent comminutæ, neq; quiſquam valuit eum domare, & hic ſemper die ac nocte clamavit in montibus & in monumentis concidens ſeipſum lapidibus, imò Lucæ 8. additur quòd is nudus fuerit & non indutus veſtimento, ut etiam in domo manere non potuit, ſed in monumentis &c. Quid igitur non faciet, ille tyrannus contra reprobos ſuo regno, per verum Dei iudicium, traditos? ibi eos non tam lapidibus quàm immaniſſimis inſtrumentis ſemper feriet ipſi clamabunt nec ceſſabunt, imò ſævietin nudos & omni ope deſtitutos admodum horribiliter. Marci 9. quendam puellum ab infantia occupat, ſæpè lacerat, corripit adeo ut ſpumet & ſtrideat dentibus & areſcat, cùm eum ad Chriſtum adducerent, diſcerpebat eum & prolapſus in terram volvebatur ſpumans, imò à puero & frequenter illum & in ignem abiecit & in aquas, quò perderet eum. Si igitur hîc in terris tantam tyranni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

tyrannidem in puerum (ſine dubio) circumciſum exercuit quid ergò non faciet in reprobos ipſius dominio ſubiectos? ah quomodo illos ſine fine lacerabit, corripiet, diſcerpetq; ut ſtrideant dentibus, quomodo eos nunc in aquas nunc in ignem proijciet?

Sed quis hoc conſiderat & expendit? Matthæi 15. ait Cananæa, quòd ſua filia miſerè vexetur à diabolo: verùm longè miſeriùs vexabuntur reprobi à Diabolus in inferno per ſecula ſeculorum. Hæc ſcribimus, hæc legimus, hæc audimus, & nemo tamen attendit, nemo hæc obſervat, nemo hæc conſiderat.

Dicitur etiam angelus Abyßi, Der Engel des Abgrundes. *Apocalypſ. 9. ex lacu enim illo non emergent nec elabentur, quia malos illos, ſi qui unquam tentarent egreßionem, ſtatim præcipites dabit in profundum uſq; angelus ille magnus.*

Belial dicitur Diabolus, qui eſt ſine lege, ſine iugo 2. Corinth: 6. quia abſq; ordine, abſq; lege & contra legem, contra ius, contra æquitatem, præter decorum omnia tentabit contra reprobos, iniuſtè, tyrannicè, violenter, fraudulenter, ſine miſericordia, ſine gratia, ſæviet ſemper in omnes & ſuper omnes.

Sic deſcribit diabolum Ambroſius: Non patitur quietos (pios) ab incurſione ſua vacare hoſtis antiquus, ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, pudicitiæ adverſarius, luxuriæ magiſter,

qui

qui crudelitatibus paſcitur, qui innumeris nocendi artibus humanum genus nititur euertere, ſerens diſcordias, incitans iras, acuens cupiditates, ſuadens turpia, falſa commentans, & eorum laqueos per opinionum commenta multiplicans.

Nyſſenus ait: Diaboli nobis omni ſtudio moliuntur inſidias, liuore liqueſcunt & tabeſcunt inuidia.

Nazianzenus ſcribit: Diabolus eſt homicida, oſor boni, in tenebris ſagittat, Sophiſta eſt ac maleficus. Syneſius: Mortalium calamitates epulæ ſunt malorum dæmonium.

In Bracarenſi concilio: In hac lachrymarum valle verſutiſsimus inſidiatur hoſtis mille nocendi artibus inſtructus: Item: Aduerſarius Satanas requieſcere minimè ſinit: Deſiderabile eſt Dæmoni, qui generi humano ſemper infeſtus eſt ſeparare hominem à Deo. Beda: Serpens dicitur diabolus, quòd volubili verſetur aſtucia & poteſt dici fur, homicida & adulter: Leo nominatur propter ſæuitiam & fortitudinem. Fremens eſt vitijs Diabolus, inimicus ſanctorum & omnium criminum igne conflagrans atque in hominem furore inuidiæ fremens. Theophylactus: Immundi dicuntur mali ſpiritus eò, quòd omnibus modis delectentur fœdis operibus, perditionemque ſuam exiſtimat Dæmon egredi ab homine, Dæmones omnis miſericordiæ expertes ſunt, malum quiddam ſuſtinere ſe pu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

tant niſi permittatur eis affligere homines. Item omnia mala humanis corporibus infert: ut hominum cibus eſt ſalus à Deo parta, ſic epulæ Sathanæ ſunt hominum interitus. Pluto infernalis ille propriè turgidus faſtu & contemtu, pater eſt ſuperbiæ. Bernhardus ſuper Pſal. Alius Diabolorum aſpis, alius baſiliſcus, alius autem leo & alius quidam draco vocatur, quòd videlicet ſuo quidem inviſibili (intellige in hac terra) modo variè noceant, quaſi alius morſu, alius quoque viſu, alius verò rugitu vel ictu, alius quidem flatu noceat. Petrus Clumacenſis diſputans de miraculis ait: Toto (viſu) Diaboli immicantes, cùm animabus nocere nequeunt, ipſis ſaltem corporibus prout poſſunt, moleſti exiſtunt. Thomas Aquinas ſuper Iob Diabolus colubro comparatur propter malignitatis venenum, & tortuoſus dicitur propter calliditatem. Albertus magnus ſuper Lucam: In dæmone notatur excellens poſſe, excellens noſſe, & ad nocendum malicia magna, &c. Hæc conſiderentur.

Caput tertium de deluſionibus & vexationibus damnatorum.

Ut eſt horrendum agere cum tantis diabolis & tyrannis ſæviſſimis in uno loco, illorum poteſtati ſubdi, iſtorum morſus, verbera, flatum, fætorem, colaphos, flammas, violentias, preſſuras, lacerationes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

nes, afflictiones, ſævitiam, torturas ſine fine, ſine ulla fatigatione ſentire & experiri, ita quoq; non minus calamitoſum & exitiale quid erit miſeris reprobis, perpetua diabolorum vexatio, deluſio & contemtus. Ibi ludibria, opprobria, infiniti ſarcaſmi, deriſiones, deluſiones, & tam confuſæ & turbatæ tractationes ac exceptiones contingent damnatis, quæ non ab uno, ſed à multis fient dæmonibus, quoniam ibi omnibus Diabolis & reprobis eſt ludibrio expoſitus quilibet damnatus. Ibi damnatis Cæſaribus & Imperatoribus non Imperalem ſed ſervilem & inflammatam pice & ſulphure coronam imponet Diabolus & deridendo quæret, ubi ſit iam illorum imperium? Deus bone, quomodo ſæviet in Imperatores, Cæſares, tyrannos innoxium ſanguinem Sanctorum effundentes? ah quàm vehementer quàm graviter eos tractabit? Ah quantis flammis, quàm magnis torturis, quàm maximis afflictionibus perpetuò impliciti tales erunt? nunc ferrum in eos ſtringet, nunc ignem in eos eijciet, aut ipſos in ignem præcipitabit, aut in caminum igne ſeptuagies ſepties accenſum proijciet, nunc eos extrahet & torquebit, dilacerabit & diſcerpet abſq; fine. Ibi Cæſaribus & Regibus coronam igneam & flammis plenam imponent dæmones, dicentes, Ecce tantum Cæſarem, ecce Regem, qui nunc habent

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

idoneum & ſe dignum diadema. Ibi iſti pro ſceptris tradent colubrum vel aſpidem, pro pallio regio & ſerico eum induent tunicam ſulphuream pice probè ſubductam & flammis incenſam, atque deludendo dicent: Salve rex, ſalve Cæſar, ſalve potentiſſime, ſalve invictiſſime: Sed an non tam invictus iam ſuperatur & deprimitur? nonne tam potens Rex, factus eſt miſerrimus? Iam te iuuet tua invicta potentia, tua cæſarea vel regia Maieſtas? ubi eſt iam tuum regnum, ubi eſt tuum imperium? ubi tui populi, ubi munitiones & urbes? anne illa omnia te ex noſtris manibus eripere poſſunt? Tu venationibus, luxui, faſtui & delicijs operam dediſti, iam tibi menſuram plenam & abundantem reddemus in ſinum tuum? Tu neglexiſti viduas, orphanos, oppreſſos, & nullam erga eos exercuiſti iuſticiam, ſuperbijſti, non ius & æquitatem ſubditis præſtitiſti, multos tyrrannicè occidiſti, multos rapinis ſpoliaſti, multos in periculum adduxiſti. Accedite ſodales, accedite ſocij properate collegæ, unus arripiat malleum, unus forcipem, unus clavam, unus ſecurim, unus bipennem, unus haſtam, unus fuſtem, alius pugionem, alius bombardam, alius enſem, alius aliud tormentum arripiat & alij aliud, ut in incude ipſe ponatur, ut excutiamus ſuperbiam, ut homini luxurioſo infundatur in guttur eius accenſa pix ſulphure & felle commixta,

& tan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

& tandem, qui maieſtaliter ſalutari voluit, iam in puteum abyſſi detrudatur. Sicut igitur non fuit amans iuſticiæ, ita tyrannicè tractemus eum, prout dignus eſt, conſtringamus, pangamus, premamus eum percutiamus, feriamus, tundamus. pungamus ipſum, peſſundemus, conculcemus, alapis faciem, tanti ſcꝫ Cæſaris, tanti ſcꝫ Regis, tam decoroſam excipiamus. ſputis conſpurcemus, immunditijs denigremus, & extrema quæq; in illum tentemus: nihilq; intentatum relinquamus. Hæc eſt noſtra conſolatio, hoc eſt noſtrum refrigerium, hæc eſt noſtra refectio, Salve Cæſar, ſalve Rex, tuam Maieſtatem regaliter excipimus, imò excipiemus plus quàm barbaricè. Intret glorioſus Rex: ſed iam in perpetuam ignominiam, in perpetuæm infamiam, in perpetuam miſeriam, conſtringatur manibus & pedibus, capiſtrum adijciatur ori eius: Fricemus aures & caput eius pectine duro, aſpero & admodum acuto, incendamus homini libidinoſo pudenda, torqueamus illud membrum, quo Venerem turpem exercuit, torqueamus corpus totum eius, inijciamus in illud diras flammas, ut nunquam neq; per noctem neq; per diem habeat requiem in æternum per ullum membrum. Ecce tantum Cæſarem, ecce tam magnũ regem, ecce maieſtatem ſuam? Iamne eſt adorandus & venerandus tantus Heros: verè à nobis honore excipietur, videlicet per flammas, per tor-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

menta, per ludibria: Ecce iam rex ille geſtat ſuam coronam ſatis egregiam, gerit ſuam Regiam chlamydem, ſic procedit regaliter? O pulchrum Cæſarem, ô elegantem Regem, ô ſpecioſum Principem? Excipite illum ſodales, excipite, & vos reliqui damnati, plaudite manibus, occinite & iubilate tali Regi, &c. Ecce qui hactenus dominatus eſt ſuper tam multos populos, iam nobis ſubiectus & ſub pedibus proſtratus eſſe cogitur? Sic omnia invertuntur, ubi eſtis huius ſubditi? Venite & eripite eum ex poteſtate noſtra? Olim dictum eſt: An neſcis longas Regibus eſſe manus? Ubi tuarum manuum longitudo & fortitudo eſt? erige & exere tuam modo potentiam erga nos, ò miſerum? ò imbellem? ô putidum & trunco vilius animal? ò beſtia infelix: ò miſerum vaſculum, quid te extuliſti cinis & umbra? cur te per nos ſeduci paſſus es? cur non crediſti Evangelio? En occurrit tibi aper ex ſylvis, beſtia fera, en circumdamus collum tuum cathena non aurea, ſicut eam in terris geſtaſti, ſed loco cathenæ ſerpentes & aſpides, ligamus per collum tuum, & gemmarum loco bufones, baſiliſcos, & alia id genus coruſcantia in inferno ornamenta pulchra ſanè geſtas & in æternum geſtabis? Sic hîc ornaris, ſic hîc honoraris? ò pulchrum Regem? ò delitioſum & pomposum Principem? Hæc erunt externa, quantum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

tum verò conſcientia & vermis interior rodat eos in anima ſine intermißione, ſcribi & dici non poteſt. Sed ego balbutiendo pro mundi more aliquid dico de illorum tormentis, cùm millies ſint futura maiora, quàm ut à me, vel à quoquam alio deſcribi poſſint.

Idem dicendum erit de impijs Electoribus & Principibus, viris Ducali Celßi. & illuſtritate eminentibus in hoc mundo, qui damnati ſunt, quia ſimili modo tractabuntur à Diabolis. Illi à mundi Dominis & Principibus, ab aëris gubernatoribus ſuperabuntur, proijcientur, proſternentur, comminuentur: nunc ex tanta illorum Celſi. conijcientur in profundum putei infernalis, nunc illuſtrabuntur flamma ignis: Quid (aient Diaboli) faciemus huic illuſtri viro in tanta Celſi. poſito? deijciamus in barathrum miſeriarum, in foveam fundo carentem, in lutum ſulphure incenſum, in tenebras extremas, in gehennam horribilem, in fornacem & caminum maximo æſtu caloreq́ infinito ardentem, ut inde extractus producatur coram noſtro Principe Beelzebulo, ut cuncti noſtri ſocij convocentur ad verbera ei infligenda, ad ſagittas in illum ferreas emittendas, ad deludendum, ad exagitandum hunc, ad ferociendum in ipſum dictis, factis, verbis, & verberibus: Sic illuſtrabuntur tam magni

Heroes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Heroes, ſic excipientur, excellentes hi viri & in celſitudine poſiti, videlicet flammis, virgis ferreis, igne, tenebris, horrore, tremore, timore, anxietate perplexitate. Et quod de Cæſaribus & regibus ſcripſimus, idem & de his dictum ac ſcriptum lector exiſtimet: Quid iam fiet cum damnatis Comitibus? Reſpondent Diaboli, illi olim comites ac ſodales ſunt adiuncti Principibus ab Imperatoribus & Cæſaribus. Ergò etiam eis coniungentur, erunt cum ipſis in eodem gradu, ordine, & in eadem apud nos dignitate, eoq; modo ſicut Cæſares, Reges, Principes, Duces excipientur, tractabuntur & honorabuntur. Bene veneritis ergò (ait Princeps Diabolorum) vos Comites in noſtrum tenebrarum regnum, benè hoc vobis vertemus, noſtram diſgratiam vobis annunciamus, noſtrum immiſericordem furorem, iram & impetum vobis indicamus. Venite igitur: Occupate locum veſtrum proximè ad duces, ut frigida aqua ex puteo furoris noſtri hauſta reficiamini & perfundamini: Hìc vobis venationem aliquam adornabimus, en videte leporem tartareum, videte cervum infernalem, videte hinnulum Diabolicum, en hîc habetis cerberum, & alios canes in inferno nutritos ad venandum aptos, capite feram, rapite? Sed quid fit? Ecce in Comites ſe convertunt lepus iſte, cervus ille, hinnulus hic, atq; adeo ipſi canes cum ſuo Cerbero, eos aggrediuntur, arripiunt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ripiunt, lacerant, diſcerpunt, & diſtrahunt, moxq́ eos in abyſſum malignitatis & miſeriæ, in abyſſum tenebrarum, in fumum furoris & iræ Dei abijciunt Diaboli, deinde eos extrahunt ex abyſſo ferreis funibus atq; forcipibus dentatis & in caminum ignis ſulphure & pice incenſum præcipites dant: Ibi eos hoſtes ignei pungũt, ſecuri acutiſſima trãſverberãt, dicentes, Salvete generoſi, ſaluete gratioſi, annè hodiè vos veſtrũ genus & ſtemma poteſt ſalvare? annè veſtra gratia iam vos ex manu noſtra poteſt liberare, & ex hoc camino expedire poteſt? Ardete ſtrenuè vos nobiliſſimi & illuſtres viri: ardeat os, quo lautè & luxurioſè edistis & bibiſtis, ardeat corpus in quo luxurioſè vixiſtis? ardeant veſtri oculi concupiſcentia pleni, ardeant aures vanitati & non verbo Dei, addictæ: ardeant manus & pedes, quibus multipliciter contra ſubditos peccaſtis, eos læſiſtis, præfectis magnam licentiam conceſſiſtis, omnia ipſis commiſiſtis, ut vos voluptatibus vacare tantò melius potuiſſetis, ita ut à veſtris præfectis veſtri ſint ſubditi preſſi. Veniamus ergò coniunctim ut hos premamus, nihil eis vel ad motum digiti concedamus, ut pro voluptatibus infundamus poculum eis plenum furoris Dei, ut eis loco cibi flammas infernales & menſam venenatis ſerpentibus repletam apponamus: Iam ergò guſtate vos generoſi Domini: O clementes Domini, vos iam iam nobis ſub-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

bis ſubijcite: Videte ſodales egregium comitem? Percutite, excutite, incutite, & premite tam elegantem Heroa: Et quæ præter eã ipſis Comitibus in perpetuum accident, ex prioribus quæ dicta ſunt de Regibus, Principibus, & potẽtibus huius ſeculi, huc repetantur, & de Comitibus ſimiliter intelligantur. Idem etiam ſentio de Baronibus liberis, qui in mundo erant liberi, ſed ſervi & captivi diabolorum erunt in inferno, atq; ut perpetua mancipia ipſis ſubijcientur. Quid dicemus de potentibus Epiſcopis, qui annumerantur Electoribus & Principibus Germaniæ? (Dico de damnatis) qui aliorũ ad ſe dominia rapuerunt, qui non Epiſcopos ſed principes ſe præſtiterunt? Ah quàm miſerã Diaboli mitram illis imponẽt, quali chorali chlamyde ipſos circumdabunt? qualem baculum paſtoralem iſtis in manus tradent? Ah quale Miſſale ipſis proponent? qualem caſulam his Pſeudoepiſcopis appendent? Induite (ait Beelzebub) camiſia flammea, date ei amictum alapis contextum, apponite eius capiti infulam infernalem? Ah quàm miſerè diaboli tales falſos paſtores tractabunt? quomodo infernales lupos in eos dilaniandos immittent? Ecce dicẽt Dæmones, Te expuit Chriſtus ex ore ſuo iam qui debuiſti paſcere oues, & non externum dominatũ exercere, nos diaboli te tanquam oues ad mactandũ non tam adducemus, ſed trahemus ut dilanieris & nõ moriaris, ut iuguleris & non pereas, ut occidaris & tamen

vita in

*vita in te maneat, ut vermis tuam conſcientiã ſem-
per rodat, ut interficiaris, & tamen non intereas, ut
pugionibus, haſtis, gladijs transfigaris & tamen non
moriaris ſed in morte ſecunda maneas: Ecce reve-
rendiſsimũ (dicent Dæmones) Epiſcopum* Dem Pitz-
pott wollen wir mit aller Reuerentien ehren. *Venite
ſodales honoremus præſulem, fuſtibus, ſecuribus, vir-
gis ferreis, haſtis & baculis: diſcerpamus hunc Pſeudo-
præſulem, cutem eius diſcindamus: Beneveneritis
Domine Piſpote, procedite, date nobis veſtram puta-
tiuã benedictionem & vobis communicabimus per-
petuam maledictionem, vah maledictam beſtiam?
vah impurum ſcurram? O ſceleratum nebulonem? ò
ineptum hiſtrionem? heus miſsifica nobis miſſam, pro-
ponimus tibi altare ſulphure & igne flammans, exer-
ce iam tuas geſticulationes, nos tibi inſerviemus, ecce
quomodo pater ſanctus orat, quid oraret, videtur dor
mire? Sed expergiſcitur è ſomno, quid ergo iam tenta-
bit? Sacrificabit, & tu eius ſacrifica ac miſsifica caput
mucrone, eiusq; manus heus tu alter flagellis, & ignitis
forcipibus tracta Epiſcopaliter, reverentialiter &
ſolenniter, Venite vos Dæmones cuncti apponite
ex veſtro fœtore thus in altare Pſeudopræſu-
li, percutite, diſcerpite, verberate Piſpotum, &
proijcite eum in gehennam, ibi ei ponite cathedram
peſtilentiæ, ut qui cathedram aſcendere in mundo
ad prædicandum Evangelium noluit, invitus eum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

aſcendat, & tunc in eum conijcite ſagittas, flammas & horrores. Vehatur hic Prælatus mulo Infernali. Vox tibi filio perditionis, ubi iam eſt tuus dominatus? Ubi eſt tuus Deus Papa Romanus, ut te auferat ex noſtris manibus? ubi ſunt tui Prælati? ubi tui Abbates? tui Præpoſiti? ubi tui Decani? ubi Seniores? ubi Seniores? ubi tui Cantores? ubi tui Prælati, Scholaſtici? ubi Canonici, Vicarij & Monachi? ubi devoti tui Ieſuitæ? ubi Priores, ubi Guardini? ubi Moniales & Nonnæ? veniant, veniant, inquam, ut te iuvent, implora ipſorum auxilium? Clama, clama, inquam, Ah non audiunt, forſan dormiunt: Sed ecce illorum magna pars nobiſcum eſt, & ſemetipſos iuvare nequeunt? Quid igitur facies, quò te miſer recipies? Interim ut hoc obiter dicam, ſub Papatu ſemper aliqui manſerunt (quia ſemper eſt & manet, & manſit vera Eccleſia Chriſti, quæ ipſum pro ſuo capite agnoſcit & agnovit, eiusq; vocem tantummodò audit & audivit) in vero fundamento: Fuerunt multi devoti Monachi, multi zeloſi clerici, qui etiamſi aliquid ſuperſtitionis ſuſtinuerint, & ignoranter aliquid idolomaniæ commiſerint, tamen in fundamento manſerunt: Vide libellum ante annos 80. excuſum, cuius titulus erat Stella clericorum, in cuius fine ſcripta erant hæc verba: Sex vicibus fudit Chriſtus ſanguinem ſuum pro nobis, Primò in circumciſione, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ne, & hoc fuit noſtræ redemtionis initium, ſecundò in oratione (in horto) & hoc fuit noſtræ redemtionis deſiderium, tertiò in flagellatione, & hoc fuit noſtræ redemtionis ſalutare, quia livore eius ſanati ſumus: Quintò in crucifixione & hoc fuit noſtræ redemtionis precium, tunc enim quæ non rapuit exolvit: ſextò in lateris aperitione vel apertione, & hoc fuit noſtræ redemtionis Sacramentum, quia inde exivit ſanguis & aqua, Sanguis in remiſſionem peccatorum, aqua ad lavacrum baptiſmi, &c. Ergò is autor (cuius nomen non exprimitur) manſit in fundamento, & aliјs clericis ſuadere voluit ſuo libro, ut in vero fundamento Eccleſiæ omnes clerici iſtum librum legentes manerent: Ideo iſti quotquot ita in Chriſtum crediderunt, fuere veræ Eccleſiæ veræ membra. Revertar ad Diabolos: En dicunt, nos hunc venerandum & gratioſum Epiſcopum volumus exaltare in cathedram furoris & impietatis, & adiungere eum Cayphæ, Annæ, Pilato, Herodi in camino ignis ſeptuagies ſepties inflammato. Sic ſic ſunt gratioſi Domini, ſic ſic ſunt venerabiles Epiſcopi honorandi, tractandi & excipiendi? Salvete vos mitrales Domini? Salvete vos ſummi Sacerdotes? En quàm pulchrè ibi in balneis vivitis? quomodo iam vos reficitis. Lieben Herren/ ſol ich euch in ſolchen Badtſtübeleín / ein Drüncklein kaltes Weins bringen/

Ach ja das iſt nötig/Ach wiewol bekömſt dem heiligen Pitzpot ſolcherlieblicher Trunck? *Ah quàm duriter Satan concubinarios clericos & malos prælatos in Genitalibus tractabit, quantis eos nequitijs vexabit, quàm aſperè cum ipſis aget? Et quæ diximus de damnatis Epiſcopis, idem dicatur de damnatis Prælatis, Sacerdotibus & clericis: Idem quoq; dicatur de malis paſtoribus & hæreticis, qui vel malo exemplo, aut mala doctrina multos ſeduxerunt, hi decies magis omni tormentorum genere torquebuntur quàm alij damnati? Et ſemper per iocum & riſum excipientur illi illuminati per flammas Doctores, ſed non erit finis & ſtulti appellabuntur.*

Raptoribus violentis rapinam inferet Satan horrendam, ab eis cutem auferet, tùm manus, tùm pedes transfigentur ipſis ſine intermiſſione & dicet, vides tuas rapinas, Ecce tuas pulchras manus, ecce cutem tibi abſtractam & mox carnem tuam flammis illuſtrabimus: pellem novaculis & aculeis pungemus: Nobiles dicti equites iam damnati equitabunt cum Curtio in antrum abſq; fundo cavefactum, inflammatum, incenſum, & eos inde neq; pecunia neq; genus eripere poſſunt: Salvete vos nobiles viri, vos fortes & ſtrenui equites, dicent Diaboli, fortes in opprimēdis pauperibus, ſtrenui in delitijs, iam fortia tormenta ſuſtinebitis & nos erimus ſtrenui in veſtris corporibus dilace-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

dilacerandis, equos Sathanicos vobis adornamus, equitate in abyſſum miſeriæ & calamitatis, ut ibi torqueamini per dies & noctes, per omnia ſecula ſeculorum: Iam eſtis hîc benè nobilitati, benè prædiati, benè veſtiti palleo ſulphureo eoq; accenſo: iam vos veſtra prædia, veſtræ villæ, ex noſtris manibus eripiant? præcedant in tormentis nobiles viri, detur eis primus locus, &c. Floruiſtis in mundo tanquam gramen & vernaviſtis, interim iniquitatem operati eſtis, verùm iam interiíſtis in ſeculum ſeculi: De divitibus & de avaris dicent. Venite vos divites, aurum ſitiíſtis, aurum liquefactum bibetis, argentum cupiviſtis, argentum liquefactum edetis: Vos iam cum divite Epulone Lucæ 16. eritis & manebitis in tormentis, & nullus præbebit vobis refrigerium, nec debet, nec poteſt veſtra lingua refici, & in flammis miſerè cruciabimini. Vos ad clamorem pauperum obturaſtis aurem, & iam in pœnis clamabitis, ſed non exaudiemini: Iam eſt veſtra pecunia vobiſcum in perditionem, pecuniam non amplius habetis, ſed eam amiſiſtis cum vita & in morte perpetua iam hæretis & in extremis tenebris ſedetis. Poterit iam veſtra vos liberare pecunia. Ecce Iudæ Iſchariotæ adiungemini, ut ſimilis ſimili graudeat. Adulteri, ſcortatores, maſculorum concubitores, molles & impuri ac immundi iam cum immundis Diabolis damnati

in per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

in perpetua immundicia & immunda ignominia & ignominioſa calamitate hærebunt in fœtore & fœditate in explicabili manebunt. Sih guter Geſelle *dicit Sathan, ego adfero tibi pulchram Venerem, adduco tibi ipſam Helenam, diabolos videlicet immundos, qui te, tuaq; pudenda torquebunt in æternum, tum vermes & Scorpiones accedent & circa pudenda rodent: Sic ſequitur poſt dulce amarum, poſt voluptates dolores perpetui, vos planctus, gemitusq; perpetuos emittetis: alternantia mala vos ſine fine diſcerpent, mox ab igne gehennæ ibitis in aquas Abyſſi & profunditatis, & deinde ad tenebras, ubi eſt ſtridor dentium: vos iam veſtra liberet voluptas?*

Superbi circumferentur undiq; per totum tartareum regnum, videte, dicit Sathan vel Diabolus, is confidit in ſapientia, in alijs ſuis donis, in genere & in divitijs & iam eroditur à vermibus & ſcatet putredine atq; perpetuo opprobrio opprimitur, qui eſt pulcher, iam eſt denigratus, qui eſt ſpecioſus, fit tortuoſus, qui confidit in ſua doctrina, labitur magna ruina in abyſſum & coram omnibus Diabolis ſtultiſsimus habebitur & habetur: qui confidit in fortitudine, iam in inferno erit coram Behemoth & Leviathan imbellis, miſer, ligatus pedibus ac manibus, & torquebitur ſine intermiſsione abſq; requie. Capilli puellarum, in quibus aliquid ſpei poſuerunt, vel propter quos ſuperbie-

perbierunt perpetuò, evellicabuntur & trahentur ab aquis in ignem, ab igne in tenebras, ut pro crine eleganti calvicium accipiant: & quæ confidebant olim in pulchritudine faciei ſuæ, ipſarum facies ſputis, flammis & ſumma fœditate conſpurcabitur & deridebuntur in æternum. Ecce (dicet Sathan) pulchram fœminam, ecce formoſam puellam, ecce crines admodum comptos, adferatur ſpeculum, ut ſuam inde venuſtatem conſiderent? Ibi decalvatæ erunt in vertice, vittæ igneæ ipſis imponentur: Et his erit pro ſuavi odore fœtor, pro zona funiculus inflammatus: Tunc hoc maximum adferet Dæmonibus refrigerium, quòd in ſuo regno habeant multos Cæſares, multos Reges, plurimos tyrannos, magnos Principes, præcipuos Comites, infinitos Papas & Epiſcopos, atq; Prælatos, inſignes Barones, infinitos nobiles, tot potentes, tot divites, tam multos ſuperbos, tam multos doctos, & omnis generis homines: de hac re exultabunt & inter ſe gloriabuntur, & tandem dicent, ubi nunc eſtis, qui ab initio à diebus antiquis mundo inſervijſtis, mundi deſideria complevíſtis, quid iam vobis proſunt veſtra deſideria, quid voluptates? Quæ autem Diabolo & inferno ſint opponenda, & quos ex verbo Dei conſolationes debeamus petere, quibus nos tueamur contra Diabolum & infernum explicuimus in libro de ſalutari præparatione ad mortẽ.

Caput quartum de querelis Damnatorum.

Magnus erit ibi damnatorum gemitus, immenſus clamor, ſingultus, querela ineffabilis, miſeria inexplicabilis, lachrymæ profuſæ, Sic ſic autem ſecum cogitabunt aut loquentur inter ſe: Ah nos miſeri, utinam nunquam nati fuiſſemus: ecce illi, quos nos habuimus in deriſum, illi computati ſunt inter iuſtos & vitam æternam ingreſſi habent gloriam, nos verò perpetuam confuſionem, in qua perpetuò deridemur: O nos miſeri, erravimus à via veritatis, à via iuſticiæ: Quid nobis proſunt ſuperbia & diuitiæ? Divitiarum iactantia quid profuit nobis? Ploremus iam, ululantes ſuper miſerijs noſtris: Divitiæ noſtræ putrefactæ ſunt & in nihilum redactæ: Ah nos ſtulti & fatui: ubi nunc verba illa iocoſa, & noſtri cachinni? ah quàm velociter tranſierunt, ò quàm brevis delectatio tam longam reſtem æternæ miſeriæ trahit: Quid nos iam iuvant omnia dulcia, omnia ſuavia, quibus olim fruebamur? Tunc ridebamus, nunc plangimus, tunc gaudebamus, iam maximo mœrore afficimur, væ nobis in æternum, væ nobis in perpetuum, utinam nunquam nati eſſemus: meritò nativitati noſtræ maledicamus? in morte hæremus, & nunquam tamen morimur, væ nobis miſeris qui nunc crucia-

mur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

mur & in æternũ cruciabimur, nec ab horrendis tormentis vel ſaltem ad momentum liberabimur? O nos infelices? ò nos perditos? Ah omnis mundi tortura, omnis mundi afflictio, omnia mundi tormenta collata ad hos dolores, pavores & miſerias, videntur plena eſſe gaudia, omnia mundi adverſa collata ad has noſtras adverſitates, reverà apparent felicitates. Hîc neq; in corpore vel in vllo corporis membro ullam habemus requiem, noſtra anima per vermem conſcientiæ ſemper cruciatur. O æternum nunquam non habiturũ ſempiternum mortis ſupplicium? O finis ſine fine? ò mors gravior omni temporali morte? hîc ſemper morimur & tamen non emorimur? O lachrymæ indeſinentes inceſſanter fluite per ora & faciem noſtram maledictam à diabolis horribiliter conſpurcatam, oculi plorate, omnia viſcera noſtra ululate & contremiſcite: Hîc trahimur ſingulis momentis ad ſupplicium, mox pellimur ad ignis incendium, nunc proijcimur in puteum abyſſi, deinde ad extremas tenebras trahimur & ſic in fletu & ſtridore dentium perpetuo verſamur. Ah nos miſeros, qui ita ſumus ſeparati à ſummo bono, à cœli gaudijs, à conſpectu angelorum & electorum, quò nos recipiemus, ut conſolationem accipiamus? nulla nobis eſt ſpes, reliqua omnia noſtra ſunt deſperata, ſi aperimus oculos nobis horrendi Dæmones occurunt, iſti tortores

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

tyrannicè abſq; fatigatione vel ulla intermiſsione, nos ſemper torquent, vexant, nunc infernalis Draco, nunc leo rugiens, nunc urſus diabolicus, nunc aper horridus nobis occurrunt & nos mox apprehendunt: O miſeria ſuper miſeriam? ò calamitas ſuper calamitatem? ò manuum plauſus & contorſio? ò cordium multorum gemitus intimi? ò ſtridor dentium maximus, ò fremitus ſpirituum immenſus: ò ploratus & ululatus ſummus: ò in æternum permanſurus clamor noſter, qui ſemper durabit & nunquam ceſſabit, qui ſemper renovabitur & nunquam exaudiemur. Ah oculi noſtri miſeri, qui nunquam aliud videbunt niſi horrendos & tremendos Diabolos & pœnas infernales inexplicabiles, noſtrum væ æternum? aures noſtræ mugitum, rugitum, & boatum Dæmonum & clamorem damnatorum audiunt, nares nihil aliud niſi putidum fœtorem, percipiunt, ora noſtra felle & aceto, imò pice & ſulphure incenſo paſcuntur, caput ſemper quaſſatur, brachia torquentur, corpus ringitur nunc flammis incenditur, nunc laceratur, nunc in abyſſum detruditur, cor à verme conſcientiæ roditur, dorſum noſtrum ſine intermiſsione pungunt diaboli, pedes ſtringuntur: ò interminabile ſupplicium, fleamus & lugeamus? Utinam caderent montes ſuper nos? Utinam colles operirent nos? Quis nos abſcondet à furore iræ Domini? quis nos defendet? Heu,

heu,

heu, nos miſeros, qui in tempore gratiæ non cognovimus viam veritatis, non audiuimus vocē Domini in verbo Dei? non egimus pœnitentiam, induravimus corda noſtra: In peccatis perſtitimus, in peccatis mortui ſumus: Ah nos miſeros? Ah nos abiectos peccatores? Ah nos perditos? Ah nos infelicißimos, vtinam per unam horam nobis requies relinqueretur? Sed iam nobis præcluſa eſt via miſericordiæ, nobis eſt clauſa cœli & ſalutis ianua, negatur nobis gratia, ſpes omnis ablata: O dolores & miſeriæ, ò anguſtiæ in æternum permanſuræ, hîc nos omnium creaturarum miſerrimi in terra oblivionis verſamur, ubi nullus eſt ordo, ſed ſempiternus inhabitat horror: Vtinam potius bruta animalia facti fuiſſemus, Nos miſeri & miſerabiles uſq; adeo affligimur? meritò dolemus de illo æterno væ, quia hîc noſtrorum dolorum nullus eſt finis, nullus noſtræ torturæ eſt terminus, nullus noſtræ afflictionis eſt modus, omnia noſtra pœnarum infernalium gravamina, quæ per vnam horam patimur hîc, excedunt cunctas in mundo preſſuras: ò nos anxij? ò nos tremuli? ò nos timidi? ò turbati? ò conquaſſati? quid faciemus, quid agemus? Væ ſuper væ, anxietas ſuper anxietatem, ò calamitas ſuper calamitatem, noſtra iam tempora ſunt calamitatis & miſeriæ plena, amara valde, turbulenta ſatis, imò rigida: Os meum adhæret faucibus

 meis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

meis, ut non amplius loqui queam. Turbata eſt mens, memoria nimia contuſione impeditur, ſenſus infringũtur, mens in furorem vertitur, amentia, dementia, & Apoſtaſia nos apprehendũt: acerbitas eſt in corde, dolor in corpore, anxietas in anima, cruciatus in ſenſibus, tremor in membris: Stridor in dentibus, Ecce gehenna patet, camini igne & flammis multis incenſi ſunt, Abyſſus voraginis ſe latè expandit, in gehenna cruciamur flammis, in camino ignis vrimur undiq; in Abyſſum detrudimur ad extremas tenebras & miſerias: aſtant Dæmones ad pangendum, ad dilacerandum, ad tundendum, ad vexandum. Ah quid fiet? quò quò nos recipiemus? Maledicta ſit hora, in qua me concepit mater mea, maledicta ſit hora, in qua me hominem peperit, maledicti ſint parentes mei & erunt in perpetuum, qui me ad pietatem non enutrierunt, qui me ab infantia non inſtituerunt: Væ nobis, qui in vanitate ita tranſegimus pueritiam & adoleſcentiam, qui noſtram iuventutem & virilem ætatem tranſegimus voluptatibus & nequitijs: Iam punimur, iam patimur extrema quæq; & omnia aduerſa. Auguſtinus in ſerm. Mens humana mundi huius illecebris & concupiſcentijs implicita, fugit laborem, expetit voluptatem & vix ad hæc deducitur ut ſe à prioris vitæ conſuetudine excludat. Sed cùm inceperit cogitare Iudicij (extremi) neceßitatem &

pœna-

pœnarum infernalium crudelitatem, voluntarium bellum indicit mundo & voluptatibus eius & vel ſpe præmij vel timore ſupplicij vim facit priſtinis deſiderijs & vehementer ac violenter ſeipſam vincere contendit.

De Quarto nouiſsimorum conſiderando, nempè de vita æterna.

Omnium maximè nos homines & præſertim Chriſtianos debet commovere recordatio gaudiorum regni cœleſtis, ut à peccatis avocati ſerviamus Domino noſtro in ſanctitate & iuſticia (quæ ei placet) omnibus diebus noſtris. Eſt autem primùm ſpecioſitas & elegantia regni Dei conſideranda, deinde in eo omniumrerum abundantia, tertiò perpetua & ſemper duratura lætitia.

Caput primum, De pulchritudine regni Dei.

David ſanctiſsimus Rex & Propheta aliquoties de Domo Domini & eius pulchritudine loquitur in Pſalmis, ut Pſal. 5. Ego in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Ideo tam diligenter orat Pſal. 27. Unum petij à DOMINO, hoc requiram, ut habitem in domo DOMINI omnibus diebus vitæ, ut videam voluptatem

luptatem Domini & viſitem templum eius: & ait idem Pſaltes Pſal. 26. Dilexi decorem Domus tuæ & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Pſal. 36. Ab ubertate domus tuæ inebriebantur & torrente voluptatis tuæ potabis eos, quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Vide Pſal. 68. ubi dicitur, quomodo decus domus (intellige Eccleſiæ Dei) dividat ſpolia, item de monte Domini (Eccleſia) monte pingui, monte excelſo: Hic eſt mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare, etiam Dominus habitabit ibi in æternum. Item in Eccleſiaſt. Benedicite Deo Domino de fonte Iſrael: Item Pſal. 69. Zelus domus tuæ comedit me Pſal. 42. Sitivit anima mea ad Deum, Deum vivum, quando veniam & videbo faciem Dei, Incedam uſq; ad Domum Domini in voce exultationis & confeßionis cum multitudine feſtum celebrante: legatur totus Pſal. 48. & 84. Quàm dilecta tabernacula tua Domine Zebaoth, concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini, cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum, Beati qui habitant in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt te, Sela. Melior eſt una dies in atrijs tuis ſuper millia: Elegi abiectus eſſe in Domo Dei mei magis quàm habitare in tabernaculis impiorum. Pſal. 89. Beatus populus qui ſcit iubilationem, Domine in lumine vultus tui ambulabunt & in nomine tuo exultabunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

tabũt tota die & in iuſticia tua exaltabuntur, Quoni-
am gloria virtutis eorum tu es, & benevolentia tua
exaltabis cornu noſtrum. Omnes iſtius regni cives
ſunt pulchri & elegantes, ut de angelis legitur, Lucæ
1. & 2. Matthæi 28. Mar. 16. Lucæ 24. Iohan. 20.
Ergo tibi eſt magna pulchritudo, Ideo Chriſtus dicit,
electos forè angelis ſimiles & illorum faciem debere
lucere, ut Sol.

Sapientiæ 5. cap. Iuſti in perpetuum vivent, &
apud Dominum eſt merces eorum, accipient,
regnum decoris & diadema ſpeciei de manu Do-
mini.

Chriſtus cùm ſe tranſmutaret coram diſcipulis, ut
ſaltem vel guſtum vel ſpecimen regni cœleſtis exhi-
beret, qualis cum Moſe & Elia apparuerit, legitur
Matthæi 17. Marci 9. & Luc. 9. hinc commotus
Petrus dixit, Bonum eſt hîc eſſe & agere. Ideo in re-
gno Dei omnia ſunt clara. Hæc Eccleſia triumphans
aut hæc civitas & regnum Dei in Apocalypſ. cap. 21.
deſcribitur, quod poterit lector legere. Et multa ibi
ſunt tranſumta ex Eſaiæ cap. 60.

Graviter dixit Auguſtinus: Tanta eſt pulchritu-
do iuſticiæ, tanta eſt iucunditas lucis æternæ, ut etiam
ſi non liceret amplius in ea delectari, quàm per unius
diei horam, propter hoc ſolum innumerabiles hu-
ius vitæ dies pleni delitijs & affluentia bonorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

temporalium, rectè & meritò deſpicerentur. Non enim falſo aut pravo affectu dictum eſt, Melior eſt dies una in atrijs tuis ſuper millia. Quare idem Auguſtinus ait in lib. de civitate Dei. O cæleſtis Hieruſalem, domus illuminoſa, ad te ſuſpirat peregrinatio mea, & poßidet me in te, qui fecit me & te. Bernhardus in Homilijs, O quàm glorioſum regnum eſt illud, in quo reges congregati conveniunt in unum ad laudandum ſcilicet & glorificandum eum, qui ſuper omnes eſt rex regum & Dominus dominantium, de cuius ſplendidißima contemplatione fulgebunt iuſti, ſicut Sol in regno patris eorum. Hinc Propheta ait: Adimplebis me lætitia in vultu tuo. Rectè etiam ait Iob cap. 13. Videbit faciem eius in iubilatione. Eſaiæ cap. 40. Regem in decoro ſuo videbunt & gaudebunt. Et de huius domus vel regni Dei pulchritudine ſæpè gloriatur David in Pſalmis ut Pſal. 92. Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei noſtri florebunt: Tunc dicent in tam pulchra domo & in tam celebri regno: Hæc eſt dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea: Item Pſal. 122. Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus, Stantes erunt pedes noſtri in portis tuis Hieruſalem.

Caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Caput ſecundum, de omnium rerum abundantia in regno Dei.

Hanc regni Dei abundantiam etſi ex Pſalmis Davidis in præcedenti capite depinxerimus, tamen audiemus, quomodo eam deſcribat Auguſtinus in lib. de civitate Dei. Quod Deus præparavit diligentibus ſe, ſpe non attingitur, charitate non comprehenditur, deſideria & vota tranſgreditur, acquiri poteſt, ſed æſtimari non poteſt. Bernhardus dicit, Merces Sanctorum tam eſt magna, quæ non poteſt menſurari, tam multa, ut non poſſit numerari, tam copioſa ut non poſſit menſurari.

Terra Chanaan fuit figura regni Cœleſtis, Ideo audiamus quid de ea legatur in ſacris literis. Deut. 8. Dominus Deus tuus introduxit te in terram bonam, terram rivorum, aquarum & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluviorum Abyſſi, terram frumenti, hordei ac vinearum, in qua ficus & mala granata & oliveta naſcuntur, terram olei ac mellis, ubi abſq; ulla penuria comedes panem tuum & rerum omnium abundantia perfrueris, cuius lapides ferrum ſunt & de montibus eius, æris metella fodiuntur, ut cùm comederis & ſatiatus fueris, benedicas DOMINO DEO tuo pro terra optima, quam dedit tibi?

Obſerva & cave, ne quando obliviſcaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo ſervitutis, ne poſtquam comederis & ſatiatus fueris, domos pulchras ædificaveris, & habitaveritis in eis, habuerisq́; armenta boum & ovium greges, argenti & auri cunctarumq́; rerum copiam, elevetur cor tuum & non reminiſcaris Domini Dei tui, &c. Ad huius terræ explorationem ablegati ſunt probatores & inquiſitores, Iudicum 18. qui reverſi dixerunt, Vidimus terram valdè opulentam & uberem: Tradet Dominus nobis locum iſtum, in quo eſt nullius rei penuria eorum quæ gignuntur in terra. Salomon rex erat figura Chriſti, & ſub hoc habitabat Iuda & Iſraël abſq́; ullo timore, & unusquisq́; habitabat ſub vite ſua & ſub ficu ſua cunctis diebus Salomonis 3. Regum 4. Et argentum (tanta erat tunc omnium rerum abundantia) tempore Salomonis non erat alicuius precij: Et fuit tanta argenti abundantia in Hieroſolyma urbe, quanta & lapidum erat. 3. Regum 10. & 2. Paralip. 9. argentum pro nihilo reputabatur. Quid igitur ſub Chriſto in cœlo fiet? certè ibi erit abundantia omnium rerum maxima. Terra Chanaan filijs Dei promiſſa & tradita repræſentat & præfigurat regnū cœleſte: Ideo ait Auguſtinus: Omne quod moleſtat, ibi deeſt. Æterna beatitudo in duobus exiſtit, ſcilicet in neceſſaria abſentia omnis mali, & neceſſaria præſentia omnis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

tia omnis boni. Si enim quæris, quid ſit ibi, aliter non poteſt reſponderi, niſi quicquid eſt boni, & quicquid mali eſt, nuſquam ibi invenitur. Et de hac abundantia legitur in Apocalypſi ultimo cap. & de flumine aquæ vivæ, de qua re etiam legitur Iohan. 4. O quàm felix patria, ò quàm beata terra, ubi Deus erit omnia in omnibus 1. Corinth. 15. Ibi nullius rei eſt penuria aut aliquis defectus. Hîc locus eſt paſcuæ cœleſtis, ubi nihil deerit, in quo fidelos Chriſtus reficiet & perpetuò collocabit ſuos Pſal. 23. Hic veras ſuas oves verus paſtor paſcet Ezech. 34. Legatur ibi textus. Ideo Iohannis 10. dicitur: Egredientur & ingredientur & paſcua invenient abundanter, paſcentur in delectatione & fruitione ſummæ ſuavitatis, & illa erunt paſcua pinguia de quibus ait Propheta, Ideo legitur in Pſal. Adipe frumenti ſatiat te.

O Deus omnipotens & æterne, pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, quàm dulciter & quàm plenè in eo regno tunc inebriabuntur tui fideles ab ubertate domus tuæ, & à torrente voluptatis tuæ, quoniam apud te eſt fons vitæ, fons indeficiens veræ beatitudinis & perpetuæ gloriæ. Utiq; hanc domum decet ſanctitas in longitudine dierum: Ipſa enim Domus, eſt Domini Domus divitijs referta & civitas Dei noſtri omnibus numeris & modis adimpleta: tu nos ad tuam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

cæleſtem Hieruſalem ciuitatum opulentam (Eſaiæ 33)duc perChriſtum filium tuum unigenitum, qui eſt vera via & verus mediator: In illa ciuitate delectabuntur manſueti ex multitudine pacis tuæ: O quanta eſt huius ciuitatis abundantia, quia pacis eius nunquam erit finis: Rectè ergò ait Eſaias: Populus meus ſedebit in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in ipſa re epulantes, beati omnes qui te diligunt & gaudent ſuper pacem tuam, Hieruſalem ciuitas Dei dilecta, in te videbunt ſancti ſuauitatem & requiem: Ibi pax erit ſuper pacem, & talis pax quæ exuperat omnem ſenſum & intellectum humanum.

Caput tertium, de ſtabili regni cœleſtis lætiticia ac maximo gaudio.

Eſaiæ 64. dictum citat Paulus 1. Corinth. 2. Quæ oculus non vidit & auris non audiuit & in cor hominis non aſcenderunt præparauit Deus diligentibus. Ideo grauiter ait Gregorius in homilijs: Quæ lingua dicere vel quæ intellectus capere ſufficit illa ſupernæ ciuitatis gaudia, angelorum choris intereſſe cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſſiſtere, præſentem Dei vultum cernere, in circumſcriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuitate lætari? Dauid ait, Non ut dies

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

immaculatorum & hæreditas eorum in æternum erit: Eſaias dicit 35. cap. Venient in Sion cum laude & læticia ſempiterna ſuper capita eorum, & cap. ultimo: Lætamini cum Hieruſalem & exultate in ea, omnes qui diligitis eam & gaudete cum ea gaudio: Certè hæc Ieruſalem eſt civitas Dei noſtri, vrbs beata, quæ verè ædificatur ut civitas, & quidem eſt civitas civitatum, in qua permanent immenſa gaudia & læticiæ magnæ beatorum. Tobias ait cap. 13. Benedictus Dominus Deus qui exaltavit Hieruſalem, ut ſit regnum eius in ſecula ſeculorum: Item Magnus es Domine in æternum, & in omni ſeculo regnum tuum. Et dicit de huius civitatis gloria Auguſtinus ſcribens de civitat Dei. Quanta erit illa felicitas, ubi nullum erit malum, nullum latebit bonum, ubi ſemper vacabitur Dei laudibus qui eſt omnia in omnibus: Vacabimus & videbimus, amabimus & laudabimus, ecce quid erit in fine ſine fine: nam quis noſter alius erit finis, niſi pervenire ad regnum, cuius nullus erit finis: Veriſſime Domine regnum tuum Domine regnum omnium ſeculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem, &c. Idem, Recedat amor præſentis ſeculi, in quo nullus ita naſcitur, ut non moriatur deinceps, & ſuccedat amor futuri ſeculi, in quo omnes vivificantur, ut non moriantur deinceps, ubi

nulla

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

nulla adverſitas turbat, nulla neceßitas anguſtiat, nulla moleſtia inquietat, ſed perennis ibi læticia regnat: O quàm glorioſum eſt hoc regnum, in quo cum Chriſto gaudent omnes ſancti & amicti ſtolis albis ſequuntur Agnum, quocunq; ierit: David ait: Iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei & delectentur in læticia.

Eſaiæ 35. Gaudium & læticiam obtinebunt & fugiet dolor ac gemitus. Idem cap. 25. Auferet Dominus omnem lachrymam ab omni facie & opprobrium populi ſui auferet de univerſa terra, & dicent in illa die, Ecce Deus noſter, expectavimus eum: exultabimus & lætabimur in ſalutari eius (Chriſto) Hæc uberius explicantur in Apocalypſi cap. 21. Ubi dicitur de eleganti ſtructura cœleſtis Hieroſolymæ, vide etiam Tobiæ cap. 13. circa faciem. Illa quidem eſt vera læticia, quòd non ſolùm in anima gloriabimur, ſed etiam in toto corpore: Totus homo replebitur gloria & honore in perpetuum: Erit ibi gaudium, non tam de bonis proprijs quàm de operibus ſanctorum ſingulis. Hieremias ait cap. 32. Habitare eos faciam confidenter & erunt mihi in populum & ero eis in Deum, & dabo eis cor unum & animam unam (intellige non unitate ſubſtantiæ, ſed vinculo charitatis) quæ perpetuò durabit 1. Corinth. 13. Ecce ſic anima Prophetæ, Apoſtoli, confeſſoris aut martyris & tua

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

anima erunt quaſi una, tunc unum quoq; erit gaudium & iſtius gaudium erit quoq; tuum gaudium. Rectè ergo ſcribit Gregorius, Tanta eſt ibi vis charitatis, ut omnia ſociet, ut bonum, quod quis in ſe non ſuſcipit, in alio gaudeat accepiſſe. Certè illud mirandum & multiplex gaudium hîc in cor hominis non aſcendit, Ergo quilibet & quidem totus ipſum gaudium introibit, & ſic gaudium ſuum plenum erit. Nam intus & extrà, ſubtus & ſuprà, imò circũquaq; mirabiliter gaudebit quilibet Electus: intus de puritate conſcientiæ, extra de corporis glorificatione, ſubtus novo cœlo & terra, aliarumq; creaturarum pulchritudine, innovatione, & reparatione, ſuprà de Dei viſione, & circumcircà de angelorum iucunditate, & omnium Sanctorum coniunctione delectabili.

Verè, verè, verè nemo poteſt excogitare quantum erit exultare, tunc in cœlis habitare, cum angelis regnare, Tunc pij audient vocem Domini ſui: Intra in gaudium Domini tui, intra hoſpitium gaudij, ut cor tuum gaudeat de immenſitate gaudiorum cœleſtium.

Piè ſcribit Bernhardus in meditationibus ſuis, ibi totum læticia, totum exultatio poſſidet hominesq; angelis ſociati ſine ulla carnis infirmitate in perpetuum manebunt: Ibi iucunditas infinita, beatitudo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ſempiterna, in qua qui ſemel ſuſcipitur, ſemper tenetur ibi, requies ibi a laboribus, pax ab hoſtibus, amænitas de novitate, ſecuritas de æternitate, dulcedo & ſuavitas de Dei viſione: Et quis illic habitare vehementer non deſiderat & propter pacem & propter amænitatem & propter æternitatem & propter Dei viſionem? Idem, Tanta eſt iucunditas & ſuavitas patriæ cœleſtis, quòd ſi non liceret ibi eſſe niſi per unius horæ ſpacium, omnes dies huius vitæ pleni delitijs, meritò contemnerentur. Cui comparata omnis aliunde ſuavitas certè dolor eſt, omnis iucunditas eſt mœror, omne dulce amarum, omne decorum fœdum, & omne aliud quicquid delectare poſſet, moleſtum: Cùm Dei bonitas in infinitum excedat omnem aliam bonitatem. O bone Deus, quid mihi eſt in cœlo, & quid volui à te ſuper terram? Cùm hæc omnia ſint deſiderabilia ſuper aurum & lapidem precioſum multum & dulciora ſuper mel & favum, O quid dicemus de hac patria, quid de Hieruſalem urbe tam beata? In hac per bonos muſicos canent (Tobiæ 13.) inceſſanter & dulciter Alleluia: Ideo etiam graviter iubilando prorumpit propheta Eſaias ſic cap. 51. Gaudium & lætitia invenientur in ea, gratiarum actio & vox laudis, in templo eius omnes dicent gloriam.

In hac civitate Dei reſonant organa ſanctorum

& omnes beati perfruuntur iubilo cœleſti: O quàm ſuaviter, quàm præclare quanta harmonia & unanimi voce, canent veram illam Muſicam in laudibus creatoris Alleluia, Alleluia.

Rectè dixit Bernhardus de hac civitate in ſuis Meditationibus: O civitas cœleſtis, manſio ſecura, patria totum continens, quod delectat incolas, ibi quietus populus ſine murmure, quàm glorioſa dicta ſunt de te: O civitas Dei, ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te ibi. Pax, pietas, bonitas, lux, virtus, ſplendor, honeſtas, gloria, laus, requies, amor & concordia dulcis, gaudium, læticia, dulcedo, vita perennis: De hac vita erunt omnes electi ſecuri & certi, quòd nunquam amittent eam. Rectè ergò dixit B. Auguſtinus. Beatitudinem omnium bonorum cœleſtium perficit ſecuritas æterna, quæ ſi ſola deeſſet, omnia bona cœleſtia, quantumcunq; dulcia, vaneſcerent & vileſcerent ex timore amittendi.

Hæc domus Domini, hæc civitas Dei noſtri, regnum Chriſti, quàm innumerabilia, quàm ineffabilia, quàm æterna ſunt ibi gaudia, de qua re Chriſtus dixit, Et gaudium veſtrum nemo tollet à vobis, ibi ſunt læticiæ perpetuæ & habitacula fœliciſſima.

Verè verè beati ſunt, qui habitant in domo tua Domine, nam in ſecula ſeculorum laudabunt te.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Chryſoſtomus in libro de reparatione lapſi ſic ſcribit: Quæ erit voluptas, quæ erit læticia cum Chriſto, cum anima ad propriam generoſitatem regreſſa, agere, quando cum fiducia ceperit Dominum ſuum videre: Explicari non poteſt iſtius læticiæ magnitudo. Non ſolùm pro his exultat, quibus perfruitur nunc in præſenti, ſed multò magis pro eò gaudet, quòd bonorum ſuorum ſcit nullum finem futurum. Et quis erit particeps tantæ gloria ſine fine permanſuræ? Certè gloria hæc omnibus ſanctis eſt communis: nam ſancti exultabunt in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. O civitas (ait Hieronymus) cœleſtis manſio ſecura, patria noſtra totum continens quod delectat: Merces ſanctorum tam magna eſt, ut non poßit menſurari, tàm multa, ut non poßit numerari, tam copioſa, ut non poßit æſtimari. O dilecte mi, quàm ineffabiliter tunc gaudebis, ſi ad illa gaudia, in æterna iſta gloria, fueris per Chriſtum tranſlatus, tunc dices iſtud Eſaiæ: Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, qui inducet me veſtimentis ſalutis, tunc delitÿs afflues & elevabis ad Deum faciem tuam, & in vÿs tuis lumen ſplendebit: Eſt quidem dulce & delectabile hîc lumen ſolare intueri. Et ille intuitus excellit omnia gaudia huius mundi: Nec mirum, quia eius viſio & noticia eſt vita ſempiterna, & omnium ſanctorum gloria, ut Chriſtus ait Iohan.

17 *Hæc*

17. *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te verum Deum & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Qui ad cognitionem hanc pervenerit, ipſum Deum de facie ad faciem videbit & cognoſcet eum ſicut eſt ſecundùm eſſe divinum: Et tale gaudium eſt & erit fons & & origo omnium bonorum & læticiarum cunctarum.*

Benè ſcribit Bernhardus in ſerm. Revera illud eſt verum, & ſummum gaudium, quod non de ſimplici creatura, ſed creatore concipitur, quod utiq; fiet quando tibi faciem ſuam oſtenderit, ideo propheta ait: Faciem tuam Domine requiram faciem, inquam, tuam requiram, faciem omnibus modis gratioſam omnibus gaudijs plenam. Heu mihi quòd incolatus meus prolongatus eſt, quàm diu carebo tanto bono: Vſquequò ſic ſubtrahor à Deo ſalvatore meo? fuerunt mihi lachrymæ panes diu & nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi eſt Deus tuus? Quando videbo & apparebo ante faciem Dei mei, qui me lætificat in gaudio cum vultu ſuo.

Verè illa viſio, qua Deus de facie ad faciem videtur eſt ipſum tertium cœlum, in quod Paulus raptus fuit: Eſaias dicit, Tunc videbis faciem Dei & afflues delitijs atq; gaudijs perpetuis & mirabiliter & dilatatur cor tuum. O quàm bonus in Iſraël Deus his qui recto ſunt corde, qui tot & tanta gaudia ipſis qua-

ſi gratis vult libenter conferre. Hæc amice dilecte libenter audis, & ad hæc pia gaudia gaudes, Non tamen ignores, per magnos iſta labores, Sanctis acquiri, nec fortuitò reperiri.

Itaq; graviter dixit Gregorius in Homilijs: Delectat mentem magnitudo præmiorum, ſed etiam non deterreat certamen laborum. Ad magna enim bona pervenire non poteſt, niſi per magnos labores. Ideo Paulus egregius ille prædicator inquit: Non coronabitur, niſi qui legitimè certaverit. Vnusquisq; propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum opus & laborem: Pleriq; ſunt, qui nolentes benè vivere tamen deſiderant benè mori: Sciunt etenim quòd precioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum eius, etiamq; cognoſcunt quòd cùm dederit dilectis ſuis ſomnum, ecce hæreditas Domini. Multi volunt cum Chriſto in ſuo regno regnare, ſed hîc nolunt cum illo pati: Ideo pulchrè dicit Bernhardus: ô dilecte puer ab initio elegiſti afflictiones corporales & patiendo voluiſti intrare gloriam tibi propriam, ſed nos in delicijs vivendo volumus intrare gloriam alienam, ò quàm ſtulti ſumus, tardi corde ad credendum, volumus hîc gaudere cum ſeculo & poſtea regnare cum Chriſto. Dominus nudus ingredietur, ſervus ſuperfluitate veſtium auri & gemmarum onuſtus introibit, ille ieiunijs, iſte crapula & luxuria plenus,

ille in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

ille in cruce pro iſto moriens, iſte pro illo in lecto delicatè dormiens. Quod Dominus non fecit, faciet hoc ſervus.

Sic quoq; Hieronymus ſcribit ad Iulianum: Difficile imò impoßibile eſt, ut præſentibus quis fruatur bonis & futuris, ut hîc ventrem & ibi mentem repleat, & de delicijs ad delicias tranſeat, & in utroq; ſeculo primus ſit, & in tera & in cœlo appareat glorioſus. Non poſſumus ſimul Deo ſervire & Mammoni. Ideo hoc unum omnis Chriſtianus ſtudeat, ut ſobriè, iuſtè, piè vivat, patientiam in cruce, humilitatem, charitatem, benevolentiam, æquitatem, humanitatem & iuſticiam, miſericordiamq; erga omnes exerceat, mundum & quæ mundi ſunt deſpiciat, delicias fugiat: Et ſeriam pœnitentiam de commißis peccatis agat, imò ſe ſedulum ac diligentem in vera invocatione Dei & vera gratiarum actione, quæ fit in Chriſti filij Dei nomine, præbeat, nulli nocere, omnibus pro poſſe prodeſſe ſtudeat, atq; crucem patienter ferat. Hæc ſunt exercitia Chriſtiani militis.

Hieronymi dictum eſt: Nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo æternitatis gloria acquiretur. Regnum Dei vim patitur & violenti capiunt illū Matt. 11. hoc eſt, qui ſerio zelo hoc quærūt, uidelicet fide, ſpe, oratione, lectione, auditu verbi Dei

pijs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

piјs exercitiјs, piјs operibus, & patientia in cruce exercenda. Graviter dicit Petrus Bleſenſis: Fatiſcant membra mea vigiliјs, extenuentur ieiuniјs, labore frangantur, liqueſcant in lachrymis oculi, imò ſi totū cerebrum & medullæ corporis effluerent in fletu, non ſunt tamen condignæ paßiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. O ſi ſciret homo, quid & ipſe & quid Deus eſſet, mille pati mortes crederet eſſe nihil.

Sed quis hæc conſiderat, omnes terrena ſapimus non cæleſtia, quisq; ſua quærit & non quæ ſunt Chriſti, quis modò ardenter orat, quis ſeriò Deo gratias agit per Chriſtum, quis fidelis eſt in ſua vocatione, quis veram firmam, & certam ponit fiduciam in mediatorem Chriſtum, quis modò veram pœnitentiam agit?

Sic monet Hieronymus moniales Angelicis choris ſanctorumq; ſocietatibus ſtudeatis intereſſe, ut omnes poſtmodum in corporis exitu vobis gaudentes & læti tanquam notis occurrant: Si ſic feceritis, nihil vobis dulcius, nihil iucundius, quàm his intereſſe conviviјs, his pabulis ſaciari. Quibus ſemel deguſtatis terrena omnia reddentur amara: experto itaq; ſeni devotè conſulenti credite filiæ.

Item, Quotieſcunq; te vana ſeculi deiectat ambitio, quoties in mundo aliquid videris glorioſum, ad paradyſum mente tranſgredere, & eſſe incipe, quod

futurus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

futurus es. Omne opus levius fieri ſolet, cùm eius precium excogitatur & ſpes præmij ſolatium ſit laboris: Et nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo æternitatis gloria acquiritur. Chryſoſtomus ſuper Matth. Si quis viam laborioſam exiſtimat, ſuæ delitiæ eſt accuſator, Si enim minaces pelagi fluctus nautis, ſi tempeſtates atq; hyems agricolis, ſi vulnera cædesq; militibus, ſi graviſſimi ictus plagæq; pugilibus videntur eſſe leves & tolerabiles propter ſpem temporalium & prætereuntium commodorum: multò magis cùm cœlum præparatur in præmium, nihil ex præſentibus aſperitatibus debeat ſentire, ac maximè labores mitigantur, ſi in benignum finem veniant. Ne aſpicias quod via eſt aſpera, ſed quò ducit, & alia eſt lata, ſed ubi deſinit. Certè iam video quòd dormientibus non provenit regnum Dei, nec ocio vel deſidia torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur. Auguſtinus loquens de conflictu vitiorum: Recedat amor præſentis ſeculi, in quo nullus ita naſcitur ut non moriatur, & ſuccedat amor futuri ſeculi, in quo omnes vivificantur, ut deinceps non moriantur, ubi nec adverſitas turbat, nulla neceſſitas anguſtiat, nulla moleſtia inquietat, ſed perennis læticia ibi regnat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

CONCLVSIO.

Hæc ſunt, quæ de quatuor Nouiſſimis dixIimus: Quilibet illa noviſſima ſingulis momentis conſideret, & ſe ſalutariter præparet ad mortem, ut piè in Chriſto Ieſu Filio Dei moriatur, & in iudicium non veniat, ſed liberatus à morte & diabolo ac inferno per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum intret in regnum Dei, quod nobis Chriſtus concedat verus noſter mediator, Amen.

Man-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]

Mantuani Epigramma.

EST requies illic, illic æterna voluptas,
Perpetuus ſplendor, gaudia, riſus, amor.
Quotquot erunt, ſanctos, et quot nos ante fuêre, Animas poſuit autor nimis generaliter.
Accipient ſato magna Theatra ſinu.
Fas erit hîc noſtræ vultus agnoſcere gentis,
Atq; dare alternis mutua verba ſonis.
Hîc cum fratre ſoror, nati cum patribus ibunt,
Veſpera nec feſtos finiet ulla dies.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 150 [3,-191 4°]